Epiſtolarum Liber Primus ad Chriſtia\
niſſimam Reginam Galliarum Hiero\
nymi Perboni Marchiōis Inciſae
ac Domini Ouiliarum: Necnō ad
Reuereñ. Cardinalē Antoniū
de Prato: ⁊ ad Illuſt. Fran\
ciſcū Salutiarum Mar\
chionē: ⁊ ad Inclytum
don Arnaldū Ca\
ſtiliae Theſau\
rarium.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sereniſſimae Galliaru3 Reginae Leonorae Chriſtianiſſimae Franciſci Regis Coniugi Pudiciſſimae Hieronymus Perbonus Marchio Inciſae & Ouiliarmu dominus Feliciter eſſe.

VITA Tua/& immortalis ingenii uirtus/& ſanctiſſimi tui mores Chriſtianiſſima Regina ita animū excitarunt noſtrū/ut putem ſine tuo auxilio/ſine tua gratia opus meum hoc Ouiliarum/cui tantopere inſudarim/foras edi tutius non poſſe/niſi tuis auſpiciis fuerit auctoratum.tanta eſt enim in cunctis tua excelſa fama/tuaq; immenſa authoritas/ut in rebus etiam minimis ſplēdorem inferat.merito mortales in Chriſtiana Republica credunt te uelut numen e cælo in terram deſcendiſſe propterea ꝙ dum eſſent cunctæ res pricipum/& regum armorū furore excitatæ/dum regna/dum reſpublicæ/urbes/ꝓuinciæ/populi eſſent prope interitum afflicti/tuo aduentu/tuo ſanctiſſimo matrimōio/tua ſapiētia omnes incolumes/omnes in tutiſſimū pacis portum euaſimus.ut iure exiſtimari poſſit/te a prouidentia diuina fuiſſe ab initio conſtitutam/ut eſſes totius Europæ/& omnium Chriſtianorum tutiſſima ſalus.ego quum id contemplor meis in ouiliis quantum uiuentibus præſtiteris beneficium/non reperio quibus te adeam laudibus.ſi quidem ſi oēs uates/& magni oratores uno proclamarēt ore/omnes unis aſcriberent calamis/puto non cōſecuturos id/quod tua excelſa uirtus expoſcit/& meretur.ſalus fuiſti totius Galliæ.ſalus quoq; totius Italiæ.ſalus regiæ prolis.ſalus tui Chriſtianiſſimi Regis.ſalus etiam imperii Romani.ita ſane deus omnipotens te ad hæc mala noſtra reſeruauit præſidium/auxilium/cōſiliū/mediūq; perpetuæ pacis.O uera Chriſtianæ reipublicæ uita/O uera ſpes/O uera fortitudo.tuo enim nutu placata ſunt omnia. ceſſauere bella/incendia/occiſiones/rapinæ. tuo bñficio nūc in tuto uiuimus. tuo ſub nomine habent eruditæ mentes/quod conſcribere poſſint.iccirco poſtq̄ nactus ſum in Ouiliis meis tātum ocium ob tuam diuinam gratiam/ingratus euaderem profecto/niſi tuum ſacratiſſimū nomen/niſi tuos diuinos mores/niſi tuam uitam cæleſtem/quantum poſſem præconiis laudem.potuiſſem ab eruditis redargui/quum ſcripſerim de excellentia Chriſtianiſſimi nominis ad

tuum Chriſtianiſſimum Regem/niſi ad partes inuiſtarem tuã ſereniſſimã Maieſtatem. quæ ſicut in omnibus es unica illa regina uirtutibus omnibus ornatiſſima: humanitate & manſuetudine officioſiſſima: Sapientia & prudentia & grauitate omnibus admirabilis/ita obnixe precamur/ut ouiliis meis faueas. ita quærimus ut me ſeruulum tuum/& uxorem meam/& filios meos cõmendatos habeas. nos cuncti domi meæ aram tangimus/numenq; diuinum ſacrificiis citamus/ut te perpetuo conſeruet cum tuo Chriſtianiſſimo Rege. cum Sereniſſimis filiis incolumem/ fœlicem; & beatam. ex ouiliis noſtris.

REVERENDISSIMO CARDINALI ANTONIO DE Prato/Chriſtianiſſimi regis ſupremo Cancellario Hier. P. bene eſſe.

REVERENDISSIME domine res proximis iis annis in Italia bello/& diſcordiis plus quam ciuilibus/incendio/ruinis turbatæ me a publicis curis/& ſenatorio officio ad tutiorem uitam retraxere. & poſtquam diuinitus factum ut quietius ſiſterent/ad ſtudia hæc manſuetiora animum intentius applicaui: operæpretiũ putaui/ne ocio obliuionis parente tempus contererem/excitaui ingenium quoquo modo potui. & ouilias meas ad reges/& Principes Reipub. Chriſtianæ diuerſos conſcripſi/ut uirtutes/& earum fœlicitates præſens poſtquam colere non poſſum/longe remotus per huiuſmodi lucubrationes nomina uenerarer. opus ſane & ſi debile/& non dignum æditis tamen multa fide officioſum/& ſumma uigilia/& multa nocte excuſſum. nam nihil boni legi/quod non excerpſerim: nec ullum librum tam malum uidimus/qui non in aliqua parte profuerit/ut exinde non parum utilitatis allaturum (pace liuoris dixerim) ſed ſæpe ex malis bona oriuntur. niſi in Italia niſi apud Inſubres turbationes hæ tãtopere nos flagellaſſent/fortaſſe in hoc non deſcendiſſem ſtudium. & ſi lachrymis & doloribus reſperſus commemorem. Poſtquam uidi urbem præclariſſimã Mediolani ædificiis/ſitu/opibus/& uiris illuſtribus/& numeroſo populo frequentem a perfido/& crudeli/ac impio milite dilaceratam Germano/Hiſpano/Italoq;/abſtinere non potui/& doloribus/queſtibusq;/quaſi in deos immortales reiiciens culpã. ſed noſtra in cauſa fuere ſcelera/quæ diuinam in nos prouocauere iram. eas ob res pauore numinis percuſſus ad humilitatẽ me redegi/& in ouiliis meis ut per ingenii excogitata uagarer: uelut per nemora uenator/ad alendum animum non ſolum uirtutes mihimet euellerem/reponeremq;/ſed in aliis cognitas laudarem/atq; extollerem. quales in tuo animo R. euerendiſſime domine ſitas eſſe intelligo. qui in magno Gallici regni faſtigio poſitus ſumma eruditione/ſumma induſtria ingenii ornatus tam exacte/tam commode/tam excellenter/tam humaniter cuncta negocia/quæ ad ſacram maieſtatem Regis Chriſtianiſſimi pertinent/tranſigis/expedis/mandas/perficis/ut ſimilẽ tuæ amplitudini ulli Principes reperire non poſſent. propterea nobili/& ex

cellenti uirtute ingenii tui/ & potentia cum ſupremæ dignitatis ordinē inter ſacros ſanctæ eccleſiæ antiſtites adeptus es/ & legationem a latere non minus ſancte geris per totam Galliam/ quam decore ornas. utinā pro tuis iſtis ſanctiſſimis moribus/ pro immenſo beneficio non ſolum totius Galliæ/ ſed totius Europæ/ & orbis te ſpectemus pontificē. quod erit/ ni inuida fata abrumpant uotum. quæ ſæpe bonos cito perdunt/ & improbos diutius uiuere permittunt. ſed hoc alta dei mente repoſitum. quæ uero præſentia ſpectamus quim in iis ouiliis noſtris laudemus/ cōtinere calamum non potui. ita me impulit fama tuæ humanitatis/ tuæ ſapientiæ/ tuæ grauitatis/ tui inuiolati conſtatus animi tenor/ ut mirum non ſit/ ſi es maieſtati Chriſtianiſſimæ tam gratus/ tam amabilis. non enim ille qui omne uirtutum culmen poſſidet/ omnē fortitudinem præſefert/ ad tantam te prouexerit dignitatem/ niſi tuæ excelſæ compuliſſent uirtutes/ quibus & nos coacti ſumus per has breues literas tuam ampliſſimam amplitudinē uiſere/ ſalutare/ atq; obnixe exorare/ ut ouilias has noſtras/ quas regibus/ & principibus dedicatas eſſe uoluimus/ quandoq; legere digneris/ præſertim libellum ad Chriſtianiſſimum Francorum regem/ de excellentia Chriſtianiſſimi nominis. cui me & filios meos ſi interdū commendabis/ maiorem/ atq; gratiorem pro me rem facere non poteris. recte uale decus antiſtitum/ & me ama/ ut cunctos/ qui tibi afficiuntur/ amare ſoles. ex ouiliis.

ILLVSTRISSIMO AC SACRAE MILITIAE
Armorum potentiſſimo/ Franciſco Salutiarum Marchioni Digniſſimo/ Hieronymus P. Ouiliarum Dominus/ & Inciſæ Marchio fœlicitatem.

DIGNVS eſſem omni ſeculo ego nō unis admodum cenſuris/ ſi intra ouilias meas/ quotquot ſunt/ Europæ magnos auctoritate principes hoſpitarer/ te intimum/ & amabilem foras excluderem Franciſce illuſtriſſime/ & Salutiarum Marchio digniſſime. te ſane qui ætate noſtra fulmen belli exprimis/ & tuo pulcherrimo militandi ductu omnē ſacram militiam refers. neq; tua fortitudine/ & animi excellentia permittis tempora hæc qualiacunq; ſunt/ ueterum geſtis deprimi. fuiſſent profecto libelli noſtri in partem manci/ & fronte affecti coram rubore/ ſi tantam nobilitatem/ quæ in tua familia eſt/ præteriiſſent indictam. nonne tu es ille Salutiarum Marchio/ qui (iam agitur quingenteſimus quadrageſimus ſeptimus annus) e longo principum ductu Alerami retines ſtemma? is e gente ducum Saxoniæ ex Alaſia Othonis Imperatoris filia tantā ueri ſplendoris progeniem propagauit/ ut per plures Italiæ partes nobiliſſimæ exiſtāt familiæ/ ut prætermittam Monferratenſem/ & tuam Salutianam/ quæ ad inuicem ſibi ſuccedunt. unde tot exiere magni principes/ Othones/ Guillielmi/ Ludouici/ Bonifacii. Sed quæ hinc inde ramificatæ ſunt alibi mutatis cognominibus/ ut Sabaudienſis/ Cæuæ/ Boſchi/ Ponzonum/ & Malaſpinæ/

Digitized by Google

Carreti & Finalis.& ex Ponzona noſtra defluxit.ex iis tot olim exiuere mili/
tia clari/& longe.a patria / & præclare apud Hieroſolymam geſtis in regum
titulum ſucceſſere.non ueriti ſunt & principes Auſtriæ/qui per multos an/
nos imperium Romanorum obtinent: & Imperatores Conſtantinopolitani
cum Alerana familia magnis matrimoniis uniri/quæ in diuerſa nomina com
mutata eſt.multos tuos connumerare poſſem / & clariſſimum/ & illuſtriſſi/
mum genitorem tuum & fratres / niſi modus epiſtolicus admoneret : & tua
præſens uirtus/ quæ omnium animos perſtringit . quæ ita militiam exercet/
ut prudentia/celeritate/fortitudine animi paſſim per totam Europam nomẽ
mirifice illuſtret.&(quod optimum exiſtimatur)ille tuus iuſtitiæ tenor/illa
tua in omnes benignitas/& liberalitas facit/ ut omnes ad te amandum/ad te
deſiderandum alliciat.Sunt hæc tua/& alia peculiaria/quæ magnum princi
pem/& ducem inter mortales conſtituunt celeritas/& audacia contra inimi
cos/beneuolentia in ſubditos / opportunitas / & occaſio temporum. es illic
& uelut ad limen/& Italiæ arcem cuſtos.cuius prudentia & ſapientia rebus
noſtris conſultũ putamus. hæc de te illuſtriſſime Marchio nobis cordi ſunt
& quæ nulla uis/nulla rerum perturbatio ex animis noſtris delere poterit.fa
citq; non ſolum uetus affectio/ut te/tuosq; in maxima ueneratione habeam
ſed uicinitas regionis ſuadet / & recens neceſſitudo de filia mea Agnete in
marchione Spigni ueſtri ſanguinis matrimonio collocata . & te ob tuam ſin
gularem uirtutem / ob animi tui magnitudinem / ob prudentiam egregiam
fore ouiliis noſtris non leue præſidium putem.uale decus Italici nominis.&
te ad poſteros immortalem reſerua.Ex ouiliis noſtris.

INCLYTO DON ARNALDO CASTILIAE THESAV
rario ſplendidiſſimo/Hieronymus P. Marchio fœlicitatem.

PROVINCIARVM/ urbium/& populorum princi/
pes/item & locupletiſſimi homines abundant plurimis/
indigent tamen & multis . nec ullum eſt hominum ge/
nus/cui plura non deſint. Sed ei omnium eſt inopia/cui
deeſt animus bene inſtitutus.& cui abeſt honeſtus rerũ/
ac diuitiarum uſus/ qui eſt ſecundum rationẽ ac rectam
& utendi/& uiuendi regulam. ſine qua nec beate quiuis
uiuere/nec felix eſſe põt.multis ſæpe abũdãt pricipes/ qbus utilius/& magni
ficentius eſſet egere.Si hiſce pniciofis;aſſentatoribus:& uoluptatũ miniſtris
abeſſent/q ad uoluptates inhõeſtas/q̃ ad iprobas libidines animos pricipũ
impellunt.Sane ii in ſumma rerũ copia maxime cõſiciunt̃ inopes.nã cõſciẽ/
tia pculſi rebus ſuis diffidũt.oia formidãt.odio cunctos pſequunt̃. nulli cre
dunt pp̃ter ſuſpicionẽ/& metũ.ſomnũ non capiunt.& ii praui homines nõ
paucis pricipibus/& regibus freq̃nter ſolent eſſe excidio.Diues eſt/& bene
fortunatus diuus Carolus Cæſar Arnalde Phonſicha optime/ qui tua candi
da cõſuetudine utitur/q nil turpe/nil inhoneſtum ipſi p̃ponis.q impertuiba
tus es in aduerſis/humilis in dignitatibus/modeſtus in diuitiis/quiq; ei re/
cte conſulis/ut propriæ uoluntatis ſit dominus.etſi ei a natura inſitus ſit ui/
gor quidam generoſus/& nobilis / ipſum tamen continue ad magnas res/&

claras

claras incitas/ut labores quã maximos/& q̄cũq; grauiſſima ꝓ uirtute/pro fide ſuſcipiat/quãuis nõ ſit multũ expediens equũ Lydũ in campũ hortari. ſed hæc tecũ cõminiſci uolui cũ effuſis p̄cibus/ne uir optime ægre feras/ſi uirtutẽ tuã noſtro inſeruimus operi.imo admodũ gratũ fore arbitror. nemo enim eſt uel tam magni/uel tam abiecti animi/ qui non deſyderet quoquo modo laudatũ iri apud poſteros.oĩa in dies ſecũdiora tibi eueniãt.Ex ouiliis,

BAPTISTAE BAFIDONIO APVD SERENISSIMVM Mediolani Ducem pro ſereniſſimis Venetis oratori ſapientiſſi/mo/Hieronymus P.Bene eſſe.

ILLVSTRIS Baptiſta mi Venetæ Reipub.decus/ qui uirtutũ/q naturæ diſciplinis mentẽ tuã/ & ueterũ exemplis/& p̄ceptis exornas/probe ſciẽs Senatorũ graues & uarias ſentẽtias/ingẽtes hominũ ſpũs/principũ uarias artes/q cõſtantia/q animi fortitudine decoratis/ nec ignoras quã caute cũ malis ſit agendũ/q̄ modeſtos cũ oibus eſſe cõueniat/Retulit mihi Vincẽtius Martinẽgus capellanus meus te nõ ꝓbare qđ in ouiliis noſtris officia noſtra ꝓ meo inclyto principe cõnumeremus:qa miſerum ſit/ob noxiũ eſſe importũo ĩputatori.Fatemur humãiſſime Baptiſta/qđ debere a rroganti moleſtũ eſt.Sed debere/cui nõ debeas nõ grauiſſimũ modo/uerũ etiã eſt ſtultiſſimũ.nullus etenim inſolẽtius exprobrat bñficiũ/quã qquod nõ dedit/id uult dediſſe uideri.Verũ nullus honos aut præmiũ recte petitur/niſi ab eo q id effecerit ad qđ honor & p̄miũ inuitant.nõ poſtulamus qđ ſit improbiſſimũ/nec dare poſtulãti ſtultiſſimũ.nõ deſperamus/ſi non uirtuti rñdet fortũa.ſed potius gaudeo/ꝙ ea uſus ſim fide & integritate(licet uerũ ſcribere ſine iactantia)qua unq̄ alius ſenator aut p̄ſectus uel p̄teritus/uel uiuens uſus fuerit.nec cõqueror ꝙ pene cæteri omnes ditati ſint/& ego ſolus factus pauperior.q nihil ex tot laborib⁹ lucratus ſum p̄ter odiũ improborũ.nõ ſumus neſcii ꝙ nõ bñ impetrat̃ Stentorea uoce:faſtidioſo uultu/arrogãtibus ſupciliis/aut ampullis.ſed bñficii gr̃atiã ꝓ magna parte tulit/qſqs enarrare bñficiũ in principẽ impune potuit.improbe tãtũ p̄miũ flagitat̃/qđ nulla tõne ꝓmeret̃.ꝓpterea culpari nõ debeo/niſi ueritas in cõmemorando rep̄hẽſionẽ mereat̃.nos nihil p̄ter mutuũ petimus.& ea modeſtia/ut ꝓ arbitrio ſuo etiã partẽ(ſi placet)detrahat.dũmõ qđ uult/reddat uiuẽti.nã hæredibus nõ recte unq̄ ſoluit̃/& ſi reſtitueret̃ quadruplũ:quũ mortuus ex ea gratitudine nil ſentiat.ſatis eſt ꝙ ille/q ſolus uidet p̄ſentia/p̄terita/& futura/ſcit ꝙ oẽm in caſum ſui Ducis cõpater Perbonus ſuus eſt nedũ uiuens/ſed ẽt poſt ipſos cineres.re ipſa cognouit ꝙ ſeruitus mea extra aleã fortũæ utiq; exiſtimata eſt.uerũ eſt ꝙ magna fælicitas igẽiorũ eſt/ſi ſuarũ uirtutũ/offõrũ & laborũ amatorẽ pricipẽ nacti ſunt.ſicut generoſi/& ingẽtes animi bonoꝝ pricipũ nihil illuſtrius in hac hũana uita:q̄ hõeſtã laudẽ apud naſcituros habere pñt.& q glĩæ ĩmortalitatẽ nõ adamat/ſui ipſius cõtẽptor eſt.nõ inficior tñ ꝙ generoſe ob modeſtiã uigilias has nr̃as diſſimulat nõ curare/qa laudes ſuas cõtineãt/& qa uirt⁹ ſua:itegritas:pietas:ſapiẽtia/iuſtitia/totaq; ſua uita/

Digitized by Google

Ita omnibus ſpectata ſit/ut præconio noſtro minime egeat.non tamen damni
noſum ei eſt opus noſtrum Ouiliarum.ná ſcriptor eſſe gratis uolo/& ſi præ
mio calcar adiungatur uirtuti.eſſet enim ridiculum in præſentia uerborum/
ac nudæ uoluntatis a principibus præmium flagitare.tantum namq; apud
Deum/cui ſoli perſpicuum eſt/quid uelis/aut nolis/uerborũ/& nudæ uo/
luntatis præmium expetendum eſt/ſi quid erraueris/aut quid præclarũ ani
mo conceperis.at princeps/lex humana/& ipſi homines non niſi ab effectu
comperta concipiunt.uirtutes tamẽ/egregii conatus/& ſtudiorum ſudores
merito ſuo non deberent fraudari/etiam ſi fortunæ ſuffragia nõ adiuuent.nã
ſicut lex/& ſi ipſe princeps regulariter non puniat affectum/niſi ſequatur
effectus/in multis tamen propter inſignem atrocitatem uel ſi huiuſmodi ſint
ut prius exitum afferant/q̃ conatus/dent ſignificationem/ut eſt parricidiũ/
raptus/ueneficium/& proditio. publicitas enim refert in crimine perduellio
nis etiam uoluntatis/ne ſit impunita improbitas/quæ dolo malo non fuerit
uacua.quinimo & uentorum uerboſitas ſæpiſſime a Iudicibus arbitrio prin
cipum refrenata fuit.deceret itaq; ut princeps eſſet propenſior ad recompen
ſandum meram uoluntatis uirtutem q̃ ad retaliãdam culpam.ſcimus probe
q; ſunt in candidiſſimo meo pricipe primæ gratitudinis partes/quæ ſunt ut
iuſte/& recte intelligat/cui beneficium acceptũ agere/aut referre debeat/
& acute ſpectare.ne præmiũ decernatur indigno.ſi Perbono tuo uerbis tuis
bñfeceris a uirtute tua non erit alienũ.ſis fœlix diutiſſime.ex noſtris ouiliis.

MAGNIFICIS AC GENEROSIS COMITI
Alexandro Ac Hieronymo Ducali a Secretis de Feruffinis
Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio de dedecore.

MAguifici ac ſuauiſſimi fratres optimi dũ equeſtres an/
nis proximis ſequeremur ſapiẽtiſſimũ Illuſtriſſimũq;
Ducem noſtrum per urbem laudẽſem/& multi eiuſ/
dem nominis eſſemus in ſimul(nam paritas nominis
affectionem/& beneuolentiam parit)dicebam iuxta
diuini Plat. ſententiã/quandã uim latere in nominib⁹
ppriis:ideo ineſſe debere prudentib⁹ genitoribus cu/
ram/ut per q̃ pulchrum/bonumq; nomen imponant
filiis.quod cuiq; patri poſitum eſt in poteſtate. noſtrum factum nomen ſunt
qui arbitrent̃ pergratũ eſſe prudentiſſimo principi noſtro/cui(ut de me ſi/
leam)gratus erat Hieronym⁹ Moronus/cuius rarũ inter uiuẽtes ingeniũ
etiã hoſtib⁹ in pretio erat & uenerabile.fuit tñ rerũ nouarũ cupidus/& quie
tis impatiẽs. Vellem humaniſſime mi Alexander ſicut Hieronymũ tuũ/&
meũ in hoc nr̃o opere tibi coniungo/ita ſanguine ſicut uirtute eſt & familia
adiunctus/tibi iungeret̃.qd̃ eſſet ſi uirũ/ut ſapiẽtis erat:filiæ pcuraſſes.tibi
ola/& hoc ſumm⁹ deus bñ uertat.recte ſingulis dieb.bis & ter exercitiũ facit
ipſe dux prudẽs & ingenioſus.quippe qui bono uti cupit regimie p ſanitate
recuperanda/& adepta conſeruanda,nunq̃ abſq; exercitio ad menſam ac/

Digitized by Google

cedet.nec e menſa recedet ſatur.Iſtius moris/& bonæ cõſuetudinis fuit Cy/
rus rex Perſarum cæterorum Imperatorum / ac regum in omni uirtute exi/
mium decus.Homo etenim a natura quatuor elementis eſt coagulatus.ſed
unum ubi aliis prævalet/iuxta eius naturam/& qualitatem diverſi morbi/
ac uariæ infirmitates/quæ infinitæ ſunt/ procreantur. & ſic miſerrima inter
omnia alia animalia hominis eſt conditio.prouenit aũt id plurimũ ex intẽ/
perato uictu.propterea emanauit uetus illud prouerbiũ.plures ingluuie pe
rire/q̄ gladio interimi.iccirco curandum eſt/ut cibo tantum neceſſario con/
tenti ſimus.& ut in menſa honeſto exercitio conſumemus.ut me docuit in
arte machaonia omniũ medicorum princeps/ doctrina/decore/& omni pe/
nitus uirtute Franciſcus Appianus.cuius ingenio/& bñficiis ſpiritũ ipſum
debeo.nam diuina ope:ſine qua nil nobis boni obuenit/& eius cura non mi
nus prudenti/q̄ diligenti ãnis ſuperioribus ab infirmitate peſtifera liberatus
fui.Eſt profecto ſuprema uoluptas tẽperate uiuere/tam in cibo/q̄ in uſu ue
neris.non enim ulla uera eſt uoluptas.quæ breuis tot/ & tamlongos dolo/
res/ac cruciatus affert/ut quotidie exemplo perſpicimus.ſed quum mode/
rate & uixerit/& uiuat priceps noſter moderatiſſimus/nõ miremini ſi acer
bum tamen accidens male ualetudinis ei obuenerit.nam in promptu eſt ra/
tio/ꝙ Cura/quæ cor urit/eum uexabat.& erat ſub pectore fixa. Saluberri/
mum autem eſt:ut multoties diximus ducalibus medicis:ſæpius olei unctio
ne uermium per totum corpus uti.ut conſulit Diuinus Plato/ac peritiſſi/
mus Nouocomenſis Plinius.quippe homini intus pernitioſum eſt.ab extra
cuilibet morbo confert.maxime uero neruorum debilitati opitulatur. At cæ
teris omnibus animantibus exitiale eſt.deberet etiam(ut mea fert opinio)
princeps a radiis ſolaribus præcauere/& ſi contrarium ſit eius medicorum
conſilium.nam ii prouocant humiditates capitis/ex quibus nerui admodũ
debilitãtur.mirabimini forſan amici optimi ꝙ iurecõſultus de arte apollinea
ſcribat:quum ſit nautæ de uentis narrare.nec ponenda ſit manus in aliena
meſſe.uerũ oleum/quod diximus tantopere ab extra proficere/in cauſa eſt
bene conſumptum die/noctuq;/ut Perbonus in diuerſis bonarum diſcipli/
narum ſcientiis ſine iniuria cuiuſcunq; uagari poſſit.nam qui noſtras legent
ouilias/iudicabũt apud nos turpe eſſe totam requieſcere noctem.dicant in
uidi quicquid ipſis placuerit.quorum inſanias ſi exiſtimarem ipſis impro/
bis/ac ſtultiſſimis calumniatoribus ſtultior eſſem.etenim ridiculũ eſt/ſi al/
bum Ethiopem/& Atlanta nanum uocemus.Sed miſeria precipua ſemper
fuit principum:ut eis maxime falſiſſima inſinuentur.non eſt quis alius qui
cœlum terræ non miſceat/& mare cœlo.& excuſari non poteſt calumniatus
Perbonus/ꝙ decorem non ſeruet nunc in ueſtibus medis/ſiue ſericeis/ſine
quo nulla maieſtas/nulla dignitas recte conſeruatur.ſeruat decorem integer
ſenator/& ſapiens iureconſultus/qui unicuiq; non habita exceptione perſo
narum iuſtitiã adminiſtrat.æqui/& recti cultor.qui fauet pupillis/uiduiſq;/
ac pauperibus opitulatur.improbos/& proditores/rerumq; nouarum/mu
tationũue ſtudioſos odio/& cenſura proſequitur.at ſi in ædificiis cõſtituen/
dis/in quibus magnifice uerſati ſumus/in cibo/& ueſtibus cõſiſtit ẽt decor

(quod minime nobis eſt incognitum/ nec ulli magis domus ſua nota eſt)
ſeruamus nos decorem & in iis ſplendide.ſed maxime in optimam filiorum
educatiõem/ quibus eas poſſeſſiones acquirere ſtudemus/quæ minime eis
a latronibus eripi poſſint.& una ſecum e naufragio enatare ualeant . quæq;
ꝓcellis nequaq̄ ſubiectæ ſint.nullus eſt decor niſi habita cõſideratione ætati/
tis/locorum/temporis/ac facultatum.Q uum eramus Mediolani/quis no
bilis magnificentior erat? cuius erat magis domus ornata numero ſamulo/
rum? & equorum? non ne lautus erat uictus pro hoſpitibus/pro tota fami
lia? uiuo autem ego/ut ſemper uixi/ut diu uiuam ſine podagra/aliorumq;
morborum doloribus.& parum comedo/ut multum comedã. ſicq; cõſulo
filiis meis/ut uiuant.erat maior ſumptus noſter (dictum ſit ſine inuidia) q̃
tertia pars omnium ſenatorũ expẽderet.ueſtes inſuper pro me/meiſq; omni
bus modum quaſi excedebant.qui tamen in quacunq; re ſeruandus eſt.ue/
rum ſi deficiunt redditus/nõne ratio expenſarum apud prudentem haberi
debet? probe memores ſumus laudabilis legis ægyptiorum/qua cauebatur/
ut quilibet teneretur coram magiſtratibus omni anno reddere exactam ratio
nem & redditüum/& expenſarum. quo factum eſt/ut plurimi improbi de/
bita/ac iuſta pœna puniti ſint. Mediolani tunc pene omnes nos accuſabãt/
ꝙ non eramus memores illius Delphici præcepti/ ut ne quid nimis.profe/
cto ignauum uulgus ſemper iudicauit & iudicat ultra ſoleam. ut eſt fabella
de aſino/quem ruſticus proiecit in flumine/ ꝙ tantarum moleſtiarum/&
querelæ cauſam præbuerat. cæterum Perbonus non erit agaſoni ſimilis.
permittet enim dementes ſtultitia ſua inſanire/quibus ſola cura eſt De cute
quid faciat ille/uel ille ſua. uitam meã ſemper ita inſtitui/ut quicquid agã/
poſt factum nõ pœniteat etiam ꝙ nec mutuum quidem redditum nobis ſit.
non tamen adhuc pœnitet/ꝙ in exilio/& aduerſis principi noſtro beneſece
rimus.nam ſpes adhuc nos alit.ſed ad decorem redeamus. interrogẽtur ho/
ſpites qui aſſidue ouilias petunt/ſi liberaliter/ſi læto/hilariq; uulu/ & laute
recipiuntur/& hoſpitãtur.impreſentia ſi depredatus/ſi funditus euerſus ab
improbo milite pene egenus factus ſum/decor eſſet principi mihi opitulari
re ipſa/non uerbis tãtum.& non me irridere/qui habeo rationẽ ætatis meæ/
temporum/& facultatis/quum ex redditibus pene nihil percipiam/ & litiũ
diſpendio iniuſte afficiar. nec ſeni conuenit ſolitas ueſtes commutare pro
arbitrio modernæ leuitatis mortalium/qui & fame opprimuntur. modo lon
ga/modo breui ueſte utuntur.minus decor eſt alicui/quum patria uniuer/
ſa tot calamitatibus inſolitis/& omnino inauditis undequaq; uexetur/ali/
quem decorem ſeruare . ſed deceret in mœrore communi degere/& tantæ
miſeriæ oppreſſorum/& inopum compati/ac pro uiribus ſubuenire. qui ali
ter ſentiunt/minus ſapiunt Perbono/qui prodigus/ nedum liberalis/ plus
olei conſumpſit q̃ uini/& plus adipis/q̃ carnium.nec hoc magis uanum eſt/
q̃ ꝙ in agro Laudenſi omni anno ſolitũ eſſet eſſe plus lactis:q̃ uini. quod tñ
a uero non aberrat. decor eſſet/ſi ſenex Perbonus in conſuetudine ſui prin/
cipis ſolita uocaretur.At imperialis Perbonus eſt.qui ſe ea de gente non in/
ficiatur/dum integra fide ſuo non deficiat principi.qui tantum procurauit/

ꝙ ex alpibus Tridentinis dux ipſe ad ſuum debitum imperium peruenit.ſic
nunc more illius diuini Cyri me amplecti/me fouere deberet.ei deberem te
dolere.me in uia deambulando/me in thalamis euocando/omni deniq; in
actione/ut omnibus manifeſtum faceret/ſe & mihi/& me illi gratum fo/
re.ꝙ ſi ſecus ſit/calumniantium tantum aſcribendum eſt uitio.ſi colimus
Cæſarem/quid per me admiſſum eſt aduerſus meum candidum princi/
pem? accuſent qui uelint.ſolus Perbonus auſcultetur.ſit iudex ipſe dux ſa/
pientiſſimus.omne enim iudicium ex actore/reo/& iudice conſiſtit.& ſi iu/
dex aliquando ex mero officio procedat/nullum tamẽ rectum eſt iudicium
ſine citatiõe rei/niſi hoc hiſce temporibus permiſſum ſit.in quibus ordo eſt
ordinem non ſeruare.ſi rationibus conuincar/ueniã non deprecor.ſit pœna
pro delicto.ſin minus/monear dũtaxat calumniatores/ut meliores fiant.ſu
per innocentes munera non accepimus.hoc uero decore uſi ſumus.cuius
decoris ꝓbatiſſimi pĩceps noſter,& indagator/& remunerator eſſe deberet.
decor eſt prauorum conſuetudinem fugere/quorum conuerſatio & exitia/
lis/& infamis eſt.Aliqui de iſto decore amice/ut dicebant/nos monuerunt/
quia opinionis principis non eſſent ignari.at ego quoq; pro gratitudine eos
moneo/ut fælicitati/ac diuitiis modum ſtatuant.eſt enim tãtum diues.qui
multum ſe credit habere.nõ qui multas habeat diuitias.nos liuorẽ/qui ſum
ma petit/ſi nõ penitus uitare poſſumus/minus acerbum/& infeſtum red/
dere conamur.ingenii/ac cogitationis/& iudicii noſtri acumine/ſummaq;
peruestigatione occulta malorum conſilia proſpicere/& ire obuiam pro uiri
li non deſiſtimus.decor noſter fuit/& eſt omni conatu Rempu.Principẽ/&
amicos ſaluos facere cũ bonorũ oĩum ĩcolumitate/ac ſalute.uolui uos am/
bos Feruſſinos meliores ueſtro ignaro leguleio in uigilis elucubrationibuſq;
meis aggregare/ut uobis auxiliãtibus ĩclyti pĩcipes ueſtri/imo noſtri apud
ſacratiſſimum Francorum regem commẽdatum habeant.pretioſius munus
hoc eſt meum/quod a uirtute prouenit/dono Pythis Bythinii/qui diuitiis
Crœſo regi comparatus eſt.qui platanum auream/uitemq; nobilẽ illam Da/
rio regi donauit/& tot copias Xerxis excepit epulo.nam argẽtum/& ipſum
aurum/& omnes penitus diuitiæ caducæ/fragileſq; ſunt.uirtus clara/æter/
naq; eſt.diu bene ualete.ex noſtris ouiliis.

PLVRIMVM REVERENDO ET MVLTVM
Illuſtri Hermeti Stampæ Hieronymus. P. Marchio
bene & fœliciter eſſe.

QVI TE non amat Hermes candidiſſime/ & totius Inſu/
briæ decus/ aut eſt ligneus/ aut profecto lapideus. ego cũ
tuos contemplor mores/ quum ea te grauitate incedentẽ
uideo/ quum ea te humanitate & manſuetudine reſpon/
dentem animaduerto/ quali iſta dignitate poſitum ſpecta
mus neminem: iudico procul dubio in eccleſia Dei te ma
gnum fore uirum. raro enim aduenit/ ut tantum ſpectatæ
uirtutis exemplar ad ſumma rerum faſtigia nõ perueniat. nec illud hauſtum
puto/ collectumq́ ex arte/ longoq́ ſtudio acquiſitum in Patauina achadæ/
mia/ ubi ciuilibus ſacrisq́ legibus egregie nauaſti operam/ ubi laureatam co
mam inſignitus ſpectatos honores reportaſti. ſed te naſcentem tuis nobiliſ/
ſimis natalibus uirtutum omniũ initiis/ formæ lucenti aſpectu/ grata quaq́
parte uenuſtatis/ linguæ promptitudine/ oculorũ uiuacitate/ modeſtia uul
tus ipſa natura decorauit/ idoneum prorſus ad rerum cognoſcendas natu/
ras/ atq́ ad uitæ tum publicæ tum priuatæ adminiſtrationem mirificũ . quo
fit/ ut breui auguremur te in ſupremũ ordinem patrum aditurum. Sic cun/
cta naturæ tuæ primordia/ ſic tuæ excelſæ uirtutes nobis præſignant: ſic fœ/
lix tua ſtampea domus meretur ob fidem/ ob egregiam conſtantiam/ ob im
menſos labores/ & diſpendia/ quæ pro Illuſtriſſimo principe noſtro ſubiit.
Sic fide incomparabilis fuit Illuſtris frater tuus Comes Maximiliãus. qui ma
gnitudine animi ſui omnia aduerſa pro noſtro principe ſuperauit. merito ſi ab
omnibus iuuenis prudentiſſimus ametur/ & colatur: nos quia earũdem uir
tutum ſpeculum traxit/ ut familiam tuam nobiliſſimam omni obſeruãtia co
leremus maiorum meorum morem ſequutus condecens eſt/ ut ueſtram am
plitudinem/ ueſtras uirtutes in Ouiliis noſtris celebremus. quapropter quũ
plures libros principibus Chriſtianis dedicaſſem/ nolui eos in publicũ exi/
re. niſi aliqua pagina ueſtra nomina non præferat/ ut amicitia uetus/ quæ
tantopere cum clariſſimo patre tuo mecũ uigebat/ & antiquioribus tempo/
ribus inter maiores noſtros/ eadem & fortior in poſteros remaneat. tu quoq́
teneris ſuſcipere iuſtũ patrocinium in cauſa ouilienſi. in qua tot fautorũ fue
re aduerſantibus/ ut bina perpetua ſilentia (inauditum facinus) in litem de/
nuo deducta ſint/ ita ut phaſellus noſter decumanos fluctus pene euaſerit/
& ſi pro Perbono omnis militet iuſticia/ & æquitas/ ut tot conſilia ſunt iure
cõſultorum/ qui in ſciẽtia legali præualent/ eſt ædepol pene impoſſibile/ qn
iura noſtra pro iuſtitia tuearis/ quũ tibi plane ſit perſpicuũ/ ꝙ qui me odio
proſequuntur/ non mihi inimicantur aliqua priuata ex cauſa/ ſed ex publi/
ca duntaxat. non immemor es ꝙ principem noſtrum extorrem/ & profugũ
cum pudiciſſima uxore & filiolis intonante fortuna per deuia ac ſaxoſas Ger
maniæ rupes per tot annos ſumma cum fide comitatus fuerim. non gaude/
ant improbi/ ꝙ nullum beneficium quoquo modo adhuc nobis contulerit.

nam

Digitized by Google

nam potius accuſanda ſunt mala tempora.ſed a generoſo rege ſera gratitudo ſemper rependitur magno cum fœnore.& in uirtute tua/ac eximii fratris tui ſuper hac nobis non eſt ſpes mediocris. Sic a Diis immortalibus opto/ut te conſeruent longæuum/te magnum in eccleſia Dei ſpectemus.bene uale decus patriæ:& Hieronymum Perbonum/ut debes ama.ex noſtris ouiliis.

PLVRIMVM REVERENDO IACOBO Bayniſio Decano Tridentino: Et Cæſaris a ſecretis ſapientiſſimo Senatori/Hieronymus Perbonus Marchio fœliciter cupere.



I HACTENVS te prætériuimus uir optime/in cauſa fuit/ ꝙ tuæ maiores laudes ſunt/quam eis noſtræ quadrent ouiliæ. obruit namq; ingenium noſtrũ materiæ fœcunditas/quæ per ſe melius ſplendore ſuo ſignificatur/quam noſtro exprimi poſſit ſermone. non enim eſt eloquium/aut tam illuſtris oratio/quæ ingentes uirtutes tuas poſſit æquare.multi aurum/argentũ/gemmas/& alia huiuſmodi dant regibus/magniſq; uiris/quibus eorum exuperat copia. ſed munus hoc noſtrum qualecunq; ſit/pulcherrimum exiſtimo/quod ſit utile cui datur/& non damnoſum donanti/& utrunq; maxime deceat.non ſapienter fecimus/quum aurum dedimus Principibus/maxime pro Italiæ expeditione/pro Pontifice/& aliis principibus ei confœderatis. ut ſunt publica documenta cum Archidiacono Nouarienſi pro Leone agente in Germania. Sed ſi inter bonos agitur/non eſt opus inſtrumento aut ſyngraphis.at ſi inter malæ fidei homines nulla publica ualent documenta. equidem ſimplex naturæ obligatio ſanctior eſt quouis alio iureiurando. fur punit' ꝙ rem alienam ſurripuerit.at idem facit/qui pecunias non reddit mutuatas. quod magis iniquum eſt/quam ipſa iniquitas. propterea in nullos ſeuerius animaduertere deberent magiſtratus/quam in ingratos.ita dictabant leges Aegyptiorum/& Perſarum.ſed fruſtra conduntur bonæ leges/ni ſint boni/quorum opera ſeruentur/ut ſcribit Ariſtoteles.nam uitio magiſtratuum aliquando in ſummam perniciem uertuntur.quod ſi ſapientia/& fide eligerentur & uirtute/non ambitione/hoc minime contingeret.bene profecto eſt/ſi magiſtratus fidi ſunt/ſapientes/& incorrupti/ac integerrimi/& publici commodi ſtudioſi. qualis eras tu Reuerende mi Iacobe apud inclytũ Cæſarẽ Maximilianum.qui tanquam bonus princeps ſtudebat Germaniam latrociniis liberare/& inter eos perpetuam concordiam alere. eas enim tantum res curabat/per quas Reſpub.Chriſtiana ſtabiliretur/illuſtriorq; fieret. & eas excludebat/quæ Reipub.ſtatum redderent deteriorem.Princeps fuit uirtutis penitus nunquam ſatis laudatæ/& memoriæ æternitate dignæ. Cupiebam ut hæ noſtræ lucubrationes doctiſſimum iudicium tuum ſubirent antequam

in lucem prodirent.qui rei literariæ faues/ & erga bonarum diſciplinarum ſtu
dioſos te parentem agis.uerum ad ipſas ouilias ædendas me perpulerunt/ &
aſſidua ſpicula addiderunt quamplurimi/ qui ſunt mei nominis me ipſo
ſtudioſiores. Scimus ꝙ aliquibus ſolum placent uetera/ & pleriſq; tantum
ſua.uerum ſophiſticum eſt ex alienis erraris ſibi gloriam comparare/ quum
in propria uirture fiducia ſit collocanda.& uirture ſuperandum ſit quicquid
ſubeundum.Plures tamen ſunt/qui nihil unquam magnificum/ uel ſcripſe
runt/uel fecerunt/ſed tantum ignem igni adiiciunt. Sunt & plures/qui mor
dent & carpunt aliena/quam qui intelligant. & multi ſibi præclare literati ui
dentur/ut in aliorum iudicio ſuam ipſimet dum aliorum taxant/ prodant in/
uidiam/inſaniam/ſimul & inſcitiam.ab iis improbis nos/ & ouilias noſtras/
imo ruas tuearis. & pro publico commodo ad conſuetudinem ſolitam Au/
guſti Ferdinandi reuertaris/ut tuis bonis admonitionibus bonus quam op/
timus efficiatur. curaq; ut uxor optimi Ducis noſtri quamprimum ad nos
ſalua ueniar. nam de ipſius Principis ſalute ingens mihi cura eſt/donec ali/
qua ex eo ſit legitima ſoboles maſculina. in hoc enim conſiſtit pax/ ſalus/ &
quies totius Inſubriæ.interim bene uale mi compater doctiſſime/ & huma/
niſſime.ex ouiliis noſtris.

SAPIENTI IVRECONSVLTO EGIDIO BOS ſio Senatori/& præſtanti ducalis fiſci patrono Iuliano Piſcinæ Hieronymus Perbonus Ouiliarũ dominus Bene optare.

VOS Egidi/& Iuliane uiri in omni uirtute clariſſimi/
quibus pro tuitione cauſæ meæ ouilienſis iuſtiſſimæ
& æquiſſimæ multa pecunia opus non fuit/ quia in
omnibus paruo contenri eſtis/ non faciam lenocinio
aliquo uerborum/non phaleratis dictis ueſtrum no/
men famigeratum plus/ aut minus/ neq; quicquam
addi/minuiq; poteſt ueſtræ laudi.nam ipſa uirtus ue/
ſtra magis loquitur/ quam ſcripta noſtra poſſint ad/
niti.alter enim non eſt inferior Pomponio Aphricano/aut Sceuola antiquis
iureconſultis ſapientiſſimis.alter Hortenſio/aut Cicerone Romani eloquii
principe/ ac Demoſthene tonante/uel etiam ſuperior. quo fit/ ut optima
mihi de uobis ſpes coaleſcat.imo certa.etſi ſæuiẽte undiq; inquietitudine pe
cuniis uacuus reddar.nec ullo tam prope poſito ſcopo/ut recte mihi contin
gat iaculari/tamen mens mea erga ueſtrum candidum animum non errabit.
ſcitis qua quorundam malignitate premamur.ſed reſeratis tandem cœli clau
ſtris lumen ſpectabit.Satis eſt principis mei humaniſſimi æquitas/ & ipſius
futuri propediem regis beneuolentia. ſatiſq; proborum uirorum/ & maxi/
me ueſtra.qua nulla eſt mortalib⁹ poſſeſſio præſtantior/neq; pulchrior.nam
duo amici pro unica lingua/unaq; dextra/bina omnia habituri ſunt.atq; in/
ſuper oculos quoq; quaternos/& duplicia omnia/at ego ſuperabo.nam mo
te Briarei tres erunt dextræ/ſex oculi/& omnia triplicia.nec ideo uobis agam

nec re/

nec referam gratiam. nam hoc amicis facere perinde eſt/ac ſi ſiniſtra manus
gratias agat dextræ. in tergore bouis ſedere nobis oportunum fuit/ ſicut
apud Scythas mos erat/ut ſcribit Lucianus in dialogo Toxaris/ illi qui læ/
ſus cupit ulciſci. uos in tergum bubuli mecum una aſcendiſtis / quod inſtar
iuſiurandi eſt. ideo de uictoriæ cauſa diligenter procurauiſtis. nam apud ip/
ſos Scythas dextra uictis in tuitione amici præcidebatur eo magis quod ut
ſcitis / ſunt qui uereantur in ouiliis prudentum reſponſa e memoria mihi ex/
cidiſſe. uerum ſi mutuum redderent/& plebiſcita/ſenatusq; conſulta/ac edi
cta principum in promptu mihi magis eſſent/quam illis calumniæ. oportu/
num nobis fuit quod ita appoſiti fuiſtis ad perſuadendum iuſtitiam/& ueri/
tatem/ut in omnibus uobis fides habita ſit. profecto ubi amborum interue/
nit iuſtum/& æquum patrocinium / non eſt poſſibile/ quod cauſa ulla per/
eat. eſt equidem conſentaneum / eos qui ſibi inuicem credunt / concorditer
manere uictores in pugna. qui uero mutuo ſibi non credunt/neceſſe eſt con
ſultare: quomodo ſinguli q̄ celerrime e medio ſe eripiant. Bandamis/& Ami
zochla Scythæ pro mutua amicitia ſe excæcauerunt. Bellita/ ut Baſtem ami
cum a leonis ferocitate liberaret/illi ſe deuorandum obiecit. Abanchas Gyn
danem amicum uxori / & liberis prætulit / quum uxorem & liberos denuo
parare haud quaquam difficile ſit. & eſt incertum/an boni ſint futuri. porro
amicum diu fuerit/priuſquam inuenire poſſet talem/ qualis erat Gyndanes
cuius beneuolentia certiſſimis argumentis erat ei explorata. diuina quædam
res eſt amicitia. & ſpero quod Egidius gratia improborum non erit leuis. Re
cte ualeatis. ex ouiliis.

PLVRIMVM REVERENDO NICOLAO Archiepiſcopo Capuano Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio ac Dominus Ouliarum fœlicitatem.

FORTVNA/& fœlicitas tua Antiſtes optime/& au/
ctoritas/& gratia/quibus flores/haberisq; in pretio ma/
ximo apud ſanctiſſimum Pontificem/ & Sereniſſimum
Cæſarem / cogunt etiam qui te non norunt/ uideruntq;
oculis/amare/colere/ & uenerari tuam ſingularem pru/
dentiam/& ingenii tui ſublimitatem. Ego enim dum per
ouilias meas diuagor/ atq; per ſapientum uaſaria colligo
ea pabula & dulcia mella / quæ ad bene beateq; uiuendi
normam faciunt / excitor quaq; parte de tua egregia uirtute mortalium affa/
tibus. Ita impellor in tui amorem & beneuolentiam / ut longe abſens cogar
non ſine temeritatis ſuſpicione his ineptiſſimis literis te compellare. detur
hoc/ ſi quid eſt quod pudore careat / ex omnibus uirtutibus / quas poſſi/
des/ uni tuæ humanitati & modeſtiæ/qua omnibus es paratus/obuius/be
nignus/ & mitis: quiq; paſſim aiunt tua eſſe factum opera/ut maximus Pon
tifex/cum Germano Imperatore ſit ea pacis conditione coniunctus/ ut nun

quam per hæc tempora in Repub. Chriſtiana Mars locum fuerit amplius
poſſeſſurus / uelut duo luminaria magna fuerint benignitate Iouis reconci/
liata. & iam nemo eſt / qui uelut ex pelagi ſæuitie in portum appulſus non mi
rifice gaudeat de tanto bono / quod benigniſſimis Diis aſpirantibus incipit
per totam Europam affluere. præſertim nunc / quod aduentus Cæſaris in Ita
liam appetit undiq; decentiſſimo apparatu & feſtis plauſibus expectatur a
bonis Principibus & rebus publicis / proceribus & ciuibꝰ / præſertimq; a no
ſtro candidiſſimo Mediolani Duce Franciſco ſecundo / cuius innocentia &
fides tandem cognoſcetur. qui quum una Bononiæ erunt (ut decretum eſt)
poſtquam tantopere laboraſti pro tanto uniuerſo bono / erit tuum hoc reli/
quum nauandum opus / ut cæteri Reges & Principes ad tantum corrobo/
randum fœdus conueniant. Quid maius dici de te poterit Antiſtes opti/
me / & a Deo immortali dilecte? quæ maior de tua uirtute laus cantari pote/
rit / quam de hoc? quod tantum tua lingua ualuerit / ut quæ pauloante om/
nia ſtreperent armis prædantium / furore per Italiam ſæuirent / uelut ceſſan/
tibus Borea / & Auſtro placatiſſima undarum æquora reſederint. Perge præ
ſul digniſſime & ſapientiſſime. quocunq; per Italiam proficiſcere / quocunq;
uolueris / digito paſſim monſtraberis. hic eſt ille pacis auctor: hic eſt ille qui
perinde ac impoſſibilia / reddidit facilia. Beatus eris tanta diligentia iſthac /
qua non in cumulandis diuitiis / non in eccleſiaſticis beneficiis inhiandis /
non in honoribus ambiendis / non magiſtratibus & legationibus obeundis:
ſed in componendis Chriſtianorum animis / & in Republica Chriſtiana con
cordiæ iaciendis fundamentis diuinam inſudaſti operam. quam rem tam fo/
re Deo immortali gratam / q̄ alterã uix futuram excogitari poſſe arbitror: præ
ſertim ſi addideris / ut poſtquam regum & principũ noſtrorũ animi fuerint
inter ſe pacati / ueroq; pacis uinculo connexi / des operam apud Clementem
Pontificem / cum conſenſu Cæſaris / ut per totam Italiam decem ſapientiſſi/
mi uiri mittantur / qui per omnes urbes uelut decreti cenſores / priuatorum
iura ſpectent / inquirantq; ubinam deprimatur iuſtitia / ubi tyrannis ſerpat /
& hæreſis / quo populi laborent crimine / qui Iudices præſint. & ſententias
ubiq; reuideant / an uera religio uigeat / an beneficia eccleſiaſtica rite admini/
ſtrent. Nonne uides ſapientiſſime Antiſtes tot prouentus / quos illi Patres
ſanctiſſimi pro amore Chriſti relinquere ad uſum pauperum / pro eleemoſy
nis erogandis / pro beneficio Chriſtianæ Reipublicæ / quomodo miſeri de/
pereant. Hoc ſi faciet ſummus Pontifex / cœlum & cœli amorem ſumma be
neuolentia ſibi conciliabit: Tunc uero de humano genere optime meritus
foret. Eoſdem gloriæ triumphos per totum orbem Cæſar adipiſceretur / qui
pro ſingulari eius ſapientia / & iuſtitiæ rectitudine / perſpicacitate & bonita/
te / non ſolum a tantis curis / a tot improborum uexationibus / ab impietate
nonnullorum & iniuriis ſubleuaremur: ſed pro antiquis meis officiis erga di
uinæ M. Maximilianum Cæſarem / Auſtralemq; imperialem proſapiam egre
giæ recognoſceret. tantoq; impenſius: quanto omnes / quot fuere Cæſares /
opulentia & ſecunda fortuna / & imperii maieſtate / & amplitudine altius ſu/

perat

peat.tunc placarentur diſcordiæ undiq;/&præſertim noſtræ.quibus multa
incómoda paſſi ſumus ab Illuſt.Marchione Montisferrati/qui cótra omne
ius meum Marchionatum Inciſæ occupat/contra priuilegia Imperatoris
Maximiliani. quod ſi dabis operam Reuerendiſſime Archiepiſcope/ poſt
quam tanta tibi e cœlo gratia illata eſt/fiet nouum ſæculum in Italia/fiet Sa
turni temperies/& iuſtitia nouo uultu per omnes partes apparebit lucidior.
Impelle obſecro cymbam hanc moderatore Clemente/cui omnia facilia ſuc
cedent/ut auguror/ob candorem eius animi/& prudentiam ſingularem/
& fortitudinem. Tunc audient mortales omnes paſſim clamare e cœlo de/
ſcendiſſe fortunatum & beatum ad beneficium humani generis:cuius uirtu
tes & benemerita poſteritas perpetuo admirabitur. Hæc ſcripſi audacule/
Reuerendiſſime Domine/dum in ouiliis meis occupatus contemplarer
quanta ſit tibi ingenii induſtria/quantaq; morum dexteritas. quibus ſcias re
ges ad metrum amicitiæ redigere.Fac ergo pro tua immenſa bonitate: ut nó
ſolum Italiæ populi/ſed totius Europæ gentes ſentiant/quantum fuerit in
te diuinum conſilium. Vale Reuerendiſſime Domine/& Hieronymum
Perbonum inter tua mancipipia collocato.Ex ouiliis noſtris.

SAPIENTI IVRECONSVLTO MERCVRI/no Barbauariæ Hieronymus Perbonus Marchio fœlicitatem.

QVIA Tuæ actiones bonæ ſunt facunde Mercurine/
tu quoq; bonus es/& prudens. nam omnis prudens bo/
nus/& omnis Imprudens malus eſt. tu & prudens/& ſa
piens es/cui non eſt difficile amicis in iure/non pecunia/
rum gratia/ſed beneuolentiæ ad Interrogata Iuſte/& ſa
pienter reſpondere.prudentia te inſtruit quid potiſſimũ
ſequi debeas/pro facultatibus/Ingenio/uiribus/ac ratio
ne.nec ſapiens aberras a fine.neq; in iis quæ ad finem conferunt. tuum itaq;
ducis eſſe officium rebus ubiq; tuis/& amicorum proſpicere/& bene con/
ſulere/ac in omné uitæ partem nihil negligere/nihil prætermittere. Sed om
nia excogitare acute/& caute/quæ in rem fore duxeris/& uiuendi curſum
omnem ſecundum rectam rationem dirigere. ſic te non ſolum auita nobili/
tas/ſed propria uirtus extollit. ita ut generoſa familia/& uirtute præſtans
Iudiceris dignus tam magna/& illuſtri patria Mediolanenſi.Sic nobis con/
ueniens eſſe recte arbitratus ſum pro noſtræ mutuæ beneuolentiæ officio
uirtutem tuam inclytam in ouiliis noſtris non præterire. perpetuo tibi faue/
at Immortalis deus.Ex ouiliis.&c.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Hieronymi Perboni Marchionis Epi-
ſtolarum Liber Secundus Ad Illu-
ſtriſſimum Frãciſcum Diui Pauli
Principem: Ad excellentiſſimum
Marchionem villae Frãchae:
Et Illuſtrẽ Somaliã ⁊ ſu-
per Excelſum Fran. Ta-
bernã Ducalez Aime-
galũ: ⁊ ſuũ maxime
Compatrẽ Car-
dinalem Tri-
dentinum.

Illuſtriſſimo Ac Excellentiſſimo Franciſco Diui Pauli Principi Hieronymus Perbonus Marchio Inciſae Ac Ouiliarum domi/ nus Bene eſſe.

SCRIBO quam libentiſſime tibi optime prin
ceps Franciſce regii ſanguinis decus/ & ſæculi
noſtri inter cæteros principes adamas/ quid no/
bis/quid cæteris in Inſubria acciderit calamita/
tum/uelut ad principem humaniſſimũ/ ad prin
cipem clementiſſimum/ & benigniſſimum. qui
quum utramq; norit fortunam/ & bonis amico/
rum gaudere/ & incommodis/ & calamitatibus
ſolet triſtari. Quanta fuerit iis proximis annis
hic inter nos omnium rerum miſeria/ cædes/ pe
ſtis/rapinæ/bellicus furor/raptus/ & cætera/ quæ peiora dici poſſunt/nemo
mortalium ignorat.quantum aut cœlum/aut Dii immortales contra nos fue
rint indignati/ ex eo coniici poteſt/ quod ii qui ſolebant eſſe in rerum curſu
fœlices/illico/ut pedem in Italiam intulerint/infœlices efficiebantur.eo ma/
ligno noſtro ſydere tunc Italia laborabat/ut nemo eſſet/ qui Italiam contin/
geret/qui non in maximam infœlicitatem incideret.citarem te teſtem/ q cum
exercitu tranſires per Inſubriam/non potuit tua excelſa uirtus euitare infor/
tunium/quo tunc Italia ſuccubuit.Ea malignitate ſiue cœli/ſiue hominum
in manus hoſtiũ ueniſti.ſed fortuna quaſi pœnitentia perculſa mutato con/
ſilio/ uelut iam peruenerint ad finem calamitatum noſtrarum infœlices mea
tus/omnia in pacatiorem ſtatum conuertit. uide quanti apud deos immorta
les ſis.qui uidebantur non poſſe deponere contra Italiam iratos uultus/ ni
tuæ excellentiæ illud incommodi genus interueniſſet. ſed prouidentia Dei
profecto fuit/ut ille emergeret caſus/ut pax inter principes Chriſtianiſſimos
diffunderetur.agerem ego immortales tibi gratias/quod in ea pace/& tran/
quillitate compoſita/quam ob cauſam euenit/ ut has meas ouilias compo/
ſuerim/in quibus officio noſtro conueniens fore iudicaui/ tuam uirtutem/
tuam illuſtriſſimam dignitatem/tuam bellicam uirtutem/& ciuilem/pro in/
genii uiribus inſerere. neq; nunc mihi mens eſt tuas connumerare laudes/
quantum in cunctis rebus ſolers/quantum impiger/ quantum fortunæ do/
mitor/quantum tuum pectus uirtute bellica præſtet/ quantum magnitudi/
ne animi excellas/militari diſciplina/tolerantia laborum/ liberalitate in cun/
ctos/beneuolentia in fortes uiros.quantum Scipionem repræſentas/ quan/

tum Alexandri magnitudinem/Iulii Cæſaris ſolertiam/ Pompei magni gra/
uitatem. Sed præterire mihi nefas de tua ſingulari/ & immenſa humanitate/
qua me/remq; meam amplexus/& tutatus es.nam cum uicus noſter Ouilia
rum/multiq; ex noſtris ſubditis eſſent a militibus tuis oppreſſi/ & denudati
perfidia nonnullorum ſtimulante/ & recurſum ad tuam excellentiam/illico
onus alleuatum eſt.nos tua clementia freti/celſitudinē tuam adiuimus. nec
minus regii ſtemmatis decus/ & ſpecimen omnium uirtutum apparuiſti/
quam quod antea audiueramus. iuſſiſti a noſtris rebus abſtinere milites/&
ouilias noſtras clementer in tua protectione poſuiſti.quam humanitatem/&
nunquam interituram noſtris monumentis benignitatem intuitus Bernar/
dus e generoſa comitum familia nobilis Mediolanenſis unus a ſecretis re/
giis/uir egregius fide erga Gallos incomparabili/ omnium uirtutum ſtudio
ſus/ qui calamitatibus ſubditorum noſtrorum compaſſus/ nil a nobis/ nec
obolū quidem accipere uoluit pro defenſorio priuilegio.uiuet profecto per/
petuo in noſtris ouiliis hæc ſingularis gratia. & quantum ingenii mei uires
ualuerint/tantum elaborabo pro ueſtra immortalitate/ pro ueſtra animi ma/
gnitudine/cum maiori fœnore alioquin aſtrictus/ut ego & filii deos immor/
tales rogemus pro ueſtra fœlicitate.cui nos ſemper cōmendamus.ex ouiliis.

INCLYTO MVLTVMQVE EXCELSO MAR/
chioni uillæ Franchæ Principi Hiſpano:ac Illuſtri Io. Franci/
ſco Somaliæ Comiti Hieronymus Perbonus Inciſæ
Marchio bene eſſe.

SORS facit ſæpenumero/ut uirtutum/ ac nobilitatis cla
ritudine/ & honorum atq; uitæ/ morumq; dignitate illu/
ſtres uiri repente amiciciſſimi caſu quodam fiant.ut Ti.
Graccbus/ Gracchorū pater/ & Aphricanus ſuperior dū
ſolenni die Ioui epulum libaretur/ & iunctim ad menſam
locarentur. Aemilius quoq; Lepidus/ & Fuluius Flaccus
ſimul cenſores facti nondum dimiſſa concione:ita pari uoluntate coniuncti/
complexiq; ſunt/ ut poſtea ſemper amiciſſime uixerint. Sic uos in hoc no/
ſtro opere ex ſingulari uirtute ueſtra coniunctos fidiſſimam amicitiæ con/
cordiam inituros arbitror Excellentiſſime Marchio/ac Io. Franciſce comes.
ambo enim eſtis nobili genere/ampliſſimiſq; honoribus/ & ſummo loco præ
diti/alter in Hiſpaniis/alter in Italia/& in Galliis.ambobus prudentia lumē
ſuum profert/& uiam præmōſtrat/quæ ambitionis/ omniſq; inordinatæ uo
luntatis correptrix/& temperatrix eſt.ambo uiri graues in omni actione ue/
ſtra/ & diligentes rerum adminiſtratores/ rerumque humanarum peritiſſi/
mi.in uobis profecto eſt ipſa phroniſis/quæ uitam hanc ciuilibus humaniſq;
occupatam negociis complectitur/tutatur/fouet/ & omni e parte dirigit/pa
riter & componit.morales uirtutes omnes regit/ & rationis recte uiam aperit
ſuum actionis cuiuſq; proprium ordinem diſtribuens.cuius ſane induſtria/
beneficioq; comparatur ſapientia:quæ diuinarum/ humanarumq; rerum ha

bet non

bet non ſolum cognitionem/ſed bene agendi/intelligendiq; uera parens eſt/
atq; origo.proinde noſtram in mentem cadere non poteſt Ioannes Franciſce
comes mi humaniſſime/quod iuſtitiæ nulla habita ratione ambitionis leno/
cinio tu quoq; procuraueris una cum Illuſtri Alexandro Bentiuolo/ut Dux
noſter infringeret perpetuum ſilentium in cauſa ouiliatum impoſitum con/
tra ſpurios quondam equitis Symonetæ ultra annos quadraginta quatuor/
& poſtmodum ab ipſomet iuſtiſſimo duce confirmatum.Si tantum hoc fa/
cinus admitteretur/ quis poſſet unquam ſibi firmum ius ulla in re polliceri/
Si duo perpetua ſilentia adhuc deducerentur in litem? Sed ſane poteſt hoc
iniuſtorum praua familiaritas.quæ bonos ſua mala conſuetudine inclinat ad
inhoneſta.bene nobis eſt / quod iis improbis iuſtior eſt optimus dux noſter.
qui perbonum compatrem ſuum / & ſui nominis ſtudioſum nedum diligit/
ſed amat.& eum tanquam alter Hercules ab iniuria / & iniuſtitia tuetur/&
protegit amplitudinis ſuæ ſplendore / & ſua digna immortalitate iuſtitia &
bonitate. merito uos ambos in iis meis ouiliis coniunximus ampliſſimi he/
roes / quorum alteri patria eſt Hiſpania / quæ Europæ terminos claudit / a
Romanis prope ducētos per annos dimicata.in primis a Scipionibus/ poſt
modum per Cæſarem Auguſtum.nec uires ſuas/niſi poſtquam uicta eſt in/
tellexit.quæ pene omnes alias nationes numero uirorum ſuperat. in quibus
uiget uera Martis diſciplina.quæ in præſentia clariſſima eſt faſtigio Cæſareæ
maieſtatis/in noſtro ſcilicet diuino Carolo Cæſare. qui & ſi ſua ſapientia res
militares fortiter/& prudentiſſime / ac proſpere adminiſtratas mente reuol/
uat/tamen ne quid ſibi deſit ad ſummum gloriæ / non minus facit illos/ qui
eloqo ualent/ quam qui militia ſplendent: quum omnes ſcientiarum bonas
artes diligat/ & teneat.quibus cuiuis magno principi nihil ſplendidius/nihil
magnificentius/nihil glorioſius contingere poteſt. maxime enim commen/
dantur/probantur/admirantur/tanti fiunt/memorantur/& celebrantur ge/
neroſi homines/clariſſimi principes/inclyti reges/diuini Imperatores/quan
tum eorum uirtus præconio authorum illuſtrium prædicatur. Alteri Italia
patria eſt. cuius magnitudinem imperii late per orbem terrarum circumferre
contendiſſe fortuna uidetur. nec minus Italis gratus es Ioannes Franciſce
mi optime/quod ex Gallis nobiliſſimum genus trahas.nam Mediolanenſes
& tota Inſubria/ipſaq; urbs Tridentina ab ipſis Gallis originem ducunt. &
nos Galli Ciſalpini ſumus. ſicut Hetruriæ populi qui regionem inferi maris
poſſident a Lydia uenere.e Troia Veneti/& Latini ab Aenea.Fœlices diu ui
uite ampliſſimi proceres ueſtri Perboni non immemores.ex ouiliis noſtris.

ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO IVRE/ conſulto Franciſco Tabernæ Illuſtriſſimi Principis Franciſci Sfor/ tiæ magno & integerrimo Cancellario Hieronymus Perbonus fœlicitatem.

VERVM dici ſolet Franciſce mi ſapientiſſime / quod
natura/ & cœli honotant homines . non debere inho/
noratum præteriri.multum te debere fatendum eſt na
turæ/ & cœlis.ſed multo magis ingenio tuo/induſtriæ
tuæ/uirtuti tuæ.illi enim quicquid ordine diſpoſitum
eſt:egregie donauere.fecit enim te natura maieſtate ue
nerandum/pulchritudine conſpicuum/ uiribus uali/
dum / idoneum ad magna perficienda negocia . cœli
non paruam contulere gratiam/fortunam benignam/ ut nihil tam arduum/
tam inexpugnabile/tam aditu difficile apud Principes/ & reges ſit/quod ad
uota tua illorum fauore non conſequaris.cæterũ quamuis hæc ſint magna/
& paucis ſint fortunatius data / tamen multo maiora ſunt / quæ excellentia
tuarum uirtutum tecum geris/& poſſides. nemini profecto abſconſum eſt/
quantum emines conſilio ſapientiſſimo tuo/ quantum legum fulgore mens
tua ſit compoſita/quantum grauitate morum & prudentiæ greſſibus in cun
ctis incedis ſublimis/& magnus.fuerunt hæc(fatemur)dotes olim apud ue
teres & Labeõibus/& Modeſtinis/ & Papirianis.ſed nõ cũ eo emolumento
coniuncta/quali tua proſpicimus mirabili probitate cõpacta.fuiſti pro prin/
cipe noſtro(ita teſtor immortalem Deum) ſemper mirificus/ ſemper fortu/
natus/& uoti compos uſq; adeo/ut neſciam quis unquam fide/fortuna/ di
ligentia tuo ingenio ſit præferendus. quod quum ita ſit nemo eſt qui prin/
cipi noſtro ſit addictus/qui tibi ſummopere non debeat. ego inter alios pri/
mas in partes citor/ut tuæ excelſæ prudentiæ plurimum debeam/præſertim
quum te in ſummis magiſtratibus/& dignitatibus collegã habuerim . & ita
ſpero pro iuſtitia ꝙ in cauſam meam plurimã oſtendes beneuolentiam. iccir
co quũ iam in procinctu eſſem/ouilias noſtras/ut ederem/& in apertum de
ducerem/uelut ſponſam / quæ diu in abditis ædium latuerit / nulli cognita/
nulli uiſa ad maritalem thalamum multis proceribus comitatam / indignum
uiſum eſt ſi ouiliæ noſtræ limen ædium tranſgrederẽtur ſine tuo fauore/ſine
tua præſentia humaniſſima . qui quum ſolitus es eas in magno fauore ſuſti/
nere/& defendere/ita in hac noua publicatione non minus ſis contra morda
ces/&liuidos(quos probe noſcis)acerrimus defenſor.erit illis tutius iter ob
amplitudinẽ tuæ uirtutis/& tui nominis/propterea quod iam in ſæculo no/
ſtro omnis gloriæ numeros ſumma cum fœlicitate adimpleuiſti / ut mirũ nõ
ſit/ſi apud potentiſſimos reges tua auctoritas eſt magna & eſtimabilis . co/
gnouerunt enim tui animi modeſtiam/& continentiam/& ſapientiam . qui/
bus per omnes Europæ partes auctus magnos principi / & patriæ compa/
raſti honores.iis iſtis deos immortales rogo continuo beneficiis ita fœlix

ſis/ut tuos amicos/& beneuolos/& qui intime tuis uirtutibus addicti ſunt/
ſemper adiuuare poſſis. Vale Mediolanenſis patriæ decus/& Hieronymū
Perbonum redama ut ſoles. Ex ouiliis.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO Cardinali Tridentino Epiſcopo. & Principi Bernardo/Inciſæ Marchio Hieronymus Perbonus bene cupere.

AMASTI me ſemper compater obſeruandiſ/
ſime/& optime/&(ut ſpero) perpetuo ama
bis ob tuam excellentem humanitatis uirtu/
tem/qua omnes in aula Cæſaris Caroli/& di/
uini Ferdinandi Auguſti te prædicant/te præ/
cipue colunt/& obſeruant. Scio ego quanta
in meis infortuniis pietare me reſpexeris. quā
to conatus es ſtudio me ab iniquorum mani/
bus eripere/ut hac magnitudine erga me tuæ
beneuolentiæ/neque me tuis meritis/neq; li/
beros meos/poſterosq; reſpondendo putem fore pares. Sed quia ita es fœ/
lici natus ſydere/eo te animo confinxit natura/ea te uirtus benignitate cor/
roborauit/ut amicis ſemper prodeſſe uelis/audacius ad te ad tuiq; animi
ſynceritatem/potius quam ad alios recurro, ut pro tuo ſingulari ingenio/
pro tua ſapientia/pro tua auctoritate/qua emines/non ſolum rebus meis/
ut ſolitus es fauere/faueas/ſed eas apud Sereniſſimos Cæſares totis uiri/
bus ad optatum exitum deducas. Scis compater candide/& amantiſſi/
me/quid Mediolani/quid Tridenti/quid in agro Alexandrino contra me
maleuoli/nulla numinis iuriſq; ratione habita patrarint. qui ſub nomine
optimi Cæſaris nihil poſthabuere nefandum/ut ſuam libidinem/uoraci/
tatem/& ſummam auaritiam explerent. Cæſar mortalium optimus nul/
lam labem iniuſtitiæ recipit. utinam magiſtratus ſui omnes in Inſubria ſi/
miles illi forent. profecto in hac cauſa non laboraremus. ſed neque te ami/
corum optime compatri tuo defuturum/neq; pro re mea ceſſaturum arbi/
tror. ita tua prudentia/tua bonitas perſuadet mihi/ut ſpes nulla ex parte
animo meo deeſt/firmior alioquin/& quotidie maior/quum me circumſpi/
cio/quum perpendo nihil unquam commiſiſſe/quo me hæc iure depri/
mant mala. dicant obſecro iniqui ii/& iniuſti/quid Perbonus ullo unquam
in tempore aduerſus Sereniſſimum Cæſarem commiſerit? niſi quod cuncta
mea bona/niſi quod uitam ipſam pro dignitate/pro imperio Cæſaris in aper/
ta pericula expoſuerim. quos ego ad hæc potiſſimū citem teſtes/q̄ ipſos qui
intimi ſunt Cæſaris? qui & rem frumentariā/noſtraſq; pecunias habuere ꝓ
maiori parte? q̨ ſemper me obuiū habuere in rebus grauioribus pro imperio
ſemper paratū? ſi uero (ut ipſi improbi dicūt) habere iuſtā mei exilii cauſam
an hoc eſt deſciſcere a Cæſare? ſi e manib⁹ improborū/ad meū amantiſſimū
Principem Franciſcū Sfortiam confugerim/qui dux integerrimus a Cæſare

Digitized by Google

nunq̄ fuit condemnatus/ut qui nec iure cōdemnari poterat/qua ergo cauſa
ji/qui ad eundem principē ſuum in antiqua fide perſtiterant/condemnari de
berent/nō uideo.ſed deos adiuturos ſperamus in re iuſta. nec ueremur plus
improborū iniquitatem præualituram/quam innocentiam meam/& integrā
fidem præſertim ſaluo Cæſare/ſaluo Principe meo iucundiſſimo/ſaluis ami
cis meis/qui ab illorum iniuriis/& rapacitate me defenſabunt. hæc ad te cō/
pater iucundiſſimeſcribere uolui/ ut dum noſtris ouiliis iam ſenectute gra/
ues operam hanc nauamus/credas nihil me prorſus eſſe ſine tui ſingulari
memoria etiā cogitaturū.uale ad uotum.& me/ut ſoles ama. Ex ouiliis nr̄is.

INSIGNI DOMVS DVCALIS MAGNO MAGI/ ſtro/& Senatori a Secretis Benedicto Curtio affini Hieronymus Perbonus fœliciter eſſe.

VARIA humano generi natura conciliauit affinium/& amicorū
omnium optime Benedicte mi ſuauiſſime.ſed nihil magis/quam
eos qui uirtutum gratia nobis coniunguntur. & eo magis ſi ali/
quod ſanguinis uinculum adiunctum fuerit.nam potiſſima ſunt
iura ſanguinis/& indiſſolubilia.hæc faciunt/ ut mea ipſamet uita in tua non
minus/quam in mea poteſtate poſita ſit.uerum quum noſtræ lucubrationes
a te uiro ſummi iudicii comprobentur/potes de tuo Perbono omnia tibi pol
liceri/ quæ iure quiſq; amicus de uero amico promittere ſibi poteſt. & quia
nobis relatum eſt te optare carmina/ quæ dum Tridenti eſſemus cum illu/
ſtriſſimo Principe noſtro diuo Simoni innocenti cudimus pro reditu in pa/
triam/lubenti animo ad te mittimus.ea læta fronte lege.& me nedum dilige:
ſed ama/ & aliquando admoneas uelim noſtrum Principē ſe uoti reum tan/
ti numinis futurum.

Crudelis nimium iudeus Apella Simonem
  Dum lacerat/timuit nec lacerare Deum.
Q uid meruit ſine labe puer? quid conditor æui?
  Q uid tam propitiæ commeruere manus?
Q ui mare/qui terras/qui magnum fecit Olympum/
  In cruce fixiſti perfida turba Iouem.
Per mare te medium duxit/perq; inuia ſaxa/
  Perpetuo ſoluit qui tua colla iugo.
Vtq; in promiſſis te tandem ſiſteret oris
  Is tua nectareos miſſit in ora fauos.
Impia tu ſacros occidis turba Prophetas:
  Nec ſatis eſt/Domini diſtrahis oſſa tui.
Sed pater omnipotens tribuit pro morte ſalutem/
  Nec tamen eſt rabies perſaturata tua.
Proh ſcelus infandum.laceras ſitibunda cruoris
  Chriſticolæ infantis uiſcera ſacra Deo.
Victima grata Simon iugularis morte futurus/

Nondum

Nondum natus eras/quum cuperere mori.
Quum te ſyderea uoluit redimire corona/
Angelicisq; Deus connumerare choris:
Sancte puer/cœleſte iubar/tibi cuncta petenti
Annuit omnipotens/auxiliare precor.
Ad patrios liceat nobis remeare penates/
Vt uotis perquam gratificere bonis
Qui natis oneratus abeſt ſine crimine. ni ſunt
Crimina/princip bus cuncta dediſſe ſuis.
Franciſco imperium reddat fac Cæſar auitum
Inſubrum iuſto/legitimoq; duci.
Tamq; tuo eſt dignus/quam Cæſaris ille fauore.
Cui Deus aſpiret/Cæſareumq; caput.
Cæſar ab Heſperia ſi noſtros egerit hoſtes/
Quis non Auguſtum nomen ad aſtra feret?
Italia/atq; omnis cedens prouincia mundi
Subdet Cæſareo colla ſubacta iugo.
Nomina ſancta Simon tua dux gratiſſimus æuo
Aedibus extendet ſemper habenda tuis.

MVLTVM MAGNIFICO ET VNI EX PAVCIS COR/nelio duplicio uito apud Cæſarem a ſecretis Hieronymus P. Marchio Inciſæ/& Ouiliarum dominus fœliciter agere.

SCRIBERE me ad te Corneli mi humaniſſime cogit tuus animi candor/tui mores optimi/tua & eruditio & fama/ de multis tuæ naturæ dotibus. q̃ auribus frequẽter noſtris reſidet. nõ mea tecũ familiaritas ulla/nõ plura negocia/meũ quæ aĩm diſtrahũt/nõ filiorũ/nõ rei familiaris occupatio ab hoc officio pterrere potuerũt. tanto tuorum ſimiliũ ſtudio teneor/ut indies conquirã quos uirtutibus p̃ditos amem colã/& prædicẽ. & ſi plura beneficia a Deo ĩmortali in me collata ſint/ illa tñ ꝓ ingẽtibus habẽda arbitror:q̃ plurimorũ eruditorũ / & principũ amicitias fuerim cõſecutus. in q̈bus maxime ſoleo gloriari/ p̃cipue q̃ nos diligeret D. Maximilian⁹ Cæſar. id mihi nõ theſaurũ/ſed cœli ĩmortalẽ gratiã adeſſe merito exiſtimare poterã. qppe Imperator ille ſummus/qui humanitate/ & ſingulari fide/& diuina ſapiẽtia p̃ditus eſſet/me inter cæteros dignaret̃ amare/familiarius colloqui/ad grauia ꝓ ĩperio negocia adhibere. nec poſtremã reor eſſe fœlicitatis partẽ/q̃ nobis ſint plurimi boni amici/& docti/in q̈bus multæ bonæ artes refulgẽt & bonæ diſciplinæ. Inter quos eſt p̃cipuus Bartholomeus Continus Comes Palatinus in omni genere ſtudiorum erudiriſſimus/qui te ſummopere laudat/qui tuas uirtutes & animi dotes/ & doctrinam extollit . præſertim ea te humanitate præditum/ & ornatum prædicat/ut omnes bonarum diſciplinarum profeſſores ames & amplectaris. quo fit ut quicunq; ſtudioſus niſi ſumma integritate ac fide te colat/ & uenere/tur/tanq̃ ingratus & nefarius exterminandus ſit. fecere hæc nobis ſpem non mediocrẽ te nobis ꝓ tua ſingulari humanitate apud ſacratiſſimũ Cæſarẽ fore

Digitized by Google

patrocinaturum.& ſi nulla erga te mea præcedant officia/ tamen quid ma/
ius eſſe poteſt officioſius tuo candidiſſimo animo/ tua bonitate & uirtute: a
quibus ob tuam excellentem naturam multa bona etiam in alios incogni/
tos emanant officia.icc irco ſpero q̃ cauſam meam marchionatus Inciſæ pro
Iuſtitia apud Inuictiſſimum Cæſarem amplexaberis . Recenſerem ego quæ
& quāta fuerint per me Maximiliāo Cæſari in aduerſis præſtita officia: quā
toſq; pro Auſtria familia exanclarim labores/ quam magnā pecuniarū ſum
mam eidem exhibuerim/ niſi in exprobrandi Inciderem labem.ob quæ ille
animo memori(ut decebat tantum Imperatorem)inſigniuit nos Inciſæ mar
chionatu iam ad Imperium Romanum deuoluto/ ſicut cōſtat per eius am
pliſſimum diploma/ quod poſtmodū Carolus hic uiuēs Imperator/& eius
nepos confirmauit/& auxit.Sed hæc quantumcunq; ampla & Iuſtitiæ ui/
gore integra & corroborata tamen ſiue fata iuiderint/ ſiue aſtra depulerint/
ſiue potius mortalium iniquorum uis & iniuriæ ſe oppoſuerint/nos nunq̃
poſſeſſionem habere potuimus.quamobrem tuam ſapientiam/ & bonitatē
precamur ut apud Cæſarem pro me in hac re naues operam.nō erit tua hæc
opera fluctibus deiecta marinis/aut ſurdis ſcopulis.Sed in hominem bene
memorē.quod ut facias etiam atq; etiam rogamus . Vale atq; diu bene uale
ſtudiorū ac probitatis decus/& nos reſq; noſtras incipias amare/ & permit
tas redamari.ex ouiliis noſtris.&c.

MVLTVM MAGNIFICO ET INSIGNI PHY/
ſico Matheo Curtio Patricio Papienſi Summi Pontificis Medico
primario Affini Hieronymus P.Bene cupere.

DIGNVS Es Mathee mi/ut ab omnibus lauderis/qui
noſtra ſæcula ornas.es enim alter Hippocrates/qui medi
cinam perditam reuocauit.qui Illyricis peſtilentiā uenien
tem prædixit/& opem tulit.cui ob meritum honores ſta/
tuti ſunt/quos herculi decreuit Græcia.quos tibi/ſi ma/
iora facis/honores dabimus? quæ dona? quas ſtatuas po
nemus? qui tot uiros illuſtres/tot antiſtites/& cardineos
fratres/ipſum quoq; ſummum Pontificem ad uitam uita
lem reducis/& retines.quæ tibi pro tāto beneficio Italicum genus paria fa/
ciet? nonne hæc tua diuina ars cum qua ſuperas Chaonem/Eſculapiū/Cri/
tobolum/Aſclepiadem/Serapionemq;ut ſileam Galenum/ & Meſuem prin
cipem noſtrum.mereris aureā ſtatuam.utiq; mereris & maiora. ſed hæc ætas
fex omnium ſæculorum quid habet aliud carius exiſtimare / atq;(ut uetius
dicam)exercere/quam auaritiam? non tamen ſilebo ego tuam egregiam uir
tutem amice/& affinis cariſſime.qui(ut ſileam tuæ uitæ inculpatiſſimæ mo/
res/animi tui iuſtitiam/& bonitatem/eruditionemq; eximiam)es præ cæte/
ris in curandis morbis fortunatiſſimus. ſiue id tibi naſcenti a natura præſtitū
donum/ſiue ſydus aliquod hoc tibi conciliauit/ ſiue(quod potius credam)
ab immortali Deo profuſum in animam tuam/ ut eſſet quo ſæcula hæc infœ

licia tanto gauderent bono. & ſi multa egregia / ubicunqꝫ locorũ pedẽ ſiſtas
per humana corpora opereris / & ex te / tuoqꝫ animi ſtudio / ſummaqꝫ charita/
te in omnes labores / tñ uellem ut tui ingenii excellentia in unũ oẽs profun/
dat uires / omnia monumentorum uaſaria excutiat ſecretorũ medicinæ pro
principe nr̃o ſereniſſimo Franciſco Sfortia. quo ſaluo / & incolumi tota Italia:
imo tota Europa pacem optatiſſimã conſequetur. quod ſi (ut ſpero) faciet/
noſtra hæc monumenta ouiliarum / in quibus omne tempus meæ ſenectutis
excolendis pono / plurimũ tibi debebũt. tantumqꝫ tibi debere fatebuntur / &
non ceſſabunt donec ſtatuã tibi ĩmortalis memoriæ erigent populi / uelut in
Græcia Hippocrati. Vale / & me ama. ex ouiliis noſtris.

SACRIS MANIBVS DIVI MAXIMILIANI IM/peratoris: & diui Ludouici Sfortiæ Inſubriæ ducis: & Inclyti Sforcini Ducalis olim Imperatoris Marchionis Varſii. ac caſtri Arquati Comitis Hieronymus P. Bene eſſe apud cœleſtes.

VOS Manes teſtor / & ſacratiſſima numina quæ in cœ
lo eſtis / & uos præſentes uates / qui uiuitis / uos pŕici/
pes / reges / & qcunqꝫ diui Cæſaris Maximiliani / & di/
ui Ludouici / & Inclyti Sforcini nomen (ſi unq̃ audi/
uiſtis / aut allocuti eſtis) eſtote teſtes / ſidemqꝫ meã uer
baqꝫ / q̃ loquor pcipite. me nunq̃ poſtq̃ illi ex hoc miſe
ro deceſſere orbe / miſeriasqꝫ humanæ uitæ reliquere /
poſtq̃ ad cœleſtia ſedilia uolauere / me inq̃ nunq̃ in ingratitudinis uitiũ col/
lapſum teſtor. qui ſemper prope me fuerunt quoties effudi lachrymas / quo/
ties ſuſpirauimꝰ / quoties repetii clementiã liberalitatemqꝫ Cæſaris Maximi/
liani. quoties illam Ludouici Sfortiæ maieſtatẽ / illam beneuolentiã Cæſareã
illam officioſam operam. quoties de morte tua conqueſtus ſum Sforcine in
clyte / ꝙ in illa ætate iuuenili tantam armorum uirtutem oſtendebas / tantũ
in amicos ſtudium / tantam præſertim in me beneuolentiam effundebas. ade
ſtote dii immortales / & noſtrum obſecro placate dolorem. cur ego non do/
leam? illi enim ſemper maximo me proſequebantur amore. illi me ingenuibus
inſigniuere magiſtratibus. & nunc / ꝙ deceſſerint / uitam mihi nõ aliam puto
q̃ iniucundam & inſuauem. ingratiſſimus omnium mortaliũ eſſem / ſi in no
ſtris ouiliis ueſtras memorias præteriſſem. ſi pro uobis huc nõ duxiſſem hæc
qualiacunqꝫ enagiſmata / arasqꝫ non ſtatuiſſem / ſacraqꝫ nõ impoſuiſſem thu
ra. dii me elinguẽ mutumqꝫ reddãt / niſi quantacunqꝫ potero uoce ad has oui
lias eorũ citabo manes. quantũue potero dicã Maximilianũ Cæſarẽ fuiſſe in
ter principes ſpeculũ / uirtutũ omniũ uaſariũ / honeſtũ / probũ / nõ auri cupi
dum / nõ opũ auidũ. Sed fidei ſpectatæ ſingularẽ / iuſtũ / fortẽ / grauẽ / prudẽ
tem / liberalẽ / magnanimum / ſapientem. in audiendo benignum / in reſpon/
dendo facundum / in concilando amabilem / & uerum decus maieſtatis Cæ/
ſareæ. ꝙ ſi alios in eius comparationẽ adducere conabimur / dicemus elatis
manibus / ꝙ ſuperauit cæſarea grauitate Themiſtoclem / Alexandrum / Iuliũ
Cæſarem / & Ageſilaum, animi magnitudine Artaxerſem / & Veſpaſianum

Digitized by Google

Imperatorem.beneficentia Cyrum/ & Macedonum regem Philippi filium
liberalitate.Antigonum ſanctitate/ſapientia/ & ſimplicitate.nihilq; magis te
nolueba/quam Dei gloriam/quam ſubditorum beneuolentiam. hic eſt ille
rex Maximilianus/qui in nullo tempore repertus/ quod aliquid non dona
ret.ſolebat dicere imperium eſſe ſeruitutem glorioſam. hic gratiſſimus meis
officiis extitit.nam me non ſolum in marchionatu Inciſæ/ ac dominio ouilia
rum impulſore meo optimo duce ſublimauit/ſed ampliſſima auctoritate me
decorauit.proinde conueniens erit gloriæ/ac honori Sereniſſimi Caroli Im/
peratoris mea iura tueri & conſeruare: quæ immortalis auus in me contulit
benemeritum.præſertim cum priuilegia extent noſtra ampliſſima/ quæ ipſe
met ſereniſſimus Carolus manu propria/ut decebat/libentiſſime confirma/
uit. Hæc ſunt quæ pro tempore uelut ad tumulum in ouiliis meis pro me/
moria diui Maximiliani plorando cõminiſcimur. cui qualemcunq; poſſum
apparatum/ & pompam exequiarum pro manibus diui Ludouici Sfortiæ
præparamus.iure enim aſſociatũ produximus: quando ille Cæſar mitis lau
dibus uiuens proſequebatur/hominem ſolebat appellare ſingulari pruden/
tia/manſuetudine/& moderatione inſignem/Italorum omnium ſapientiſſi/
mum. quem dignum fore iudicabat non uno imperio/non uno regno ido/
neum. Sed nos/qui eum totum cogitatione & memoria perpetuo gerimus/
abſtinere non poſſumus/quin eius uitæ moderamina non repetamus/ quin
eius uultus maieſtatem non deſyderemus. eius comitatem/humanitatem/
diuinum ingenium/ſolertiam/munificentiam/gratiam perpetuo paratam be
nemeritis/qui ſemper & ſubito acceptum beneficium cum fœnore repende/
bat.atq; (ſi licet ſuper aram noſtram in pariete uelut penicillo deliniare) fuit
corpore procerus/ aſpectu decorus/ crine prolixo & decenti/fronte ſerena/
ſpecie plane diuina/maieſtate quaq; parte conſpicuus/ oculis quoddam di/
uinum relucentibus/uoce grauior & ſuauis/placidus/amabilis.Solertia ue
ro ingenii/& acumine longe præſtans cæteris mortalibus. tum illi quædam
erat docilitas a natura præſtita/& memoria ad diſciplinas uiuax:quædam eti
am ſuarum cogitationum ad emeritum fœlicitas.Et ad perſuadendum ita ap
tus/ut in omnib⁹ facile fidem reperiret.Poſtremo fiat mihi fas domi meæ di
cere quod Ludouicus Sfortia erat unus/& plures.erat Cæſar celeritate/Fa/
bius cunctatione/aſtutia & calliditate Annibal.erat taciturnitate Pompeius
Pyrrhus in acquirenda gloria per uirtutes. erat magnitudine animi Alexan/
der/ſapiẽtia & lenitate M. Antoninus Pius/ſeueritate Cato/tolerantia Ma/
rius Arpinas.Hæc omnia quum ille ſibi duce natura/ & uirtute comparaue/
rit/caſus tamen inuidæ fortunæ euitare non potuit. quem nunc defunctum
his lachrymis intra ouilias noſtras decoramus proclamando elatis oculis ad
cœlum. Vale/uale/uale Ludouice. Sedeat tua anima inter accolas cœli fœli
citer/beateq; ſedeat/& nos amet/ita ut neq; ſilentio tuos præſtãtiſſimos ma
nes Sforcine decus Sfortiadum prætereamus. cuius præmatura morte fatũ
& cœlum incuſamus.in quo cuncta/quæ excelſum & ſummum uirum effi/
cere ſolent/abunde ſpectabamus.animi/ fortunæ/corporis bona tantum in
hoc iuuene eminebant/ut (ſi uixiſſet) neſcio quem potuiſſemus in eius com

paratio/

parationem adducere. Siue ingenii uiribus/ ſiue armorum uirtute ad obeun/da pericula pro imperio/ pro principe noſtro promptiſſimus. quantam indolem futurarum uirtutum in eo amiſimus/ ex eo proſpici poteſt quod quum obſidione caſtrum portæ Iouis premeretur/ nullas is laborum partes/ fatigationes/ pericula euitauit/ ut rem principis/ & familiæ gloriam tueretur. & (quod rarum in iuuene reperiri poteſt) erat bonarum diſciplinarum indagator optimus. non minus Palladis/ & Muſarum/ quam Martis cupidus. & nunc quod e uiuis abierit magnum cœli nobis inuidere bonum. Cui pro tanta qua me proſequebatur beneuolentia ſimul cum patre clariſſimo/ & Illuſtriſſimo Comite Franciſco Sfortia has noſtras celebramus inferias/ & uelut parentalia/ tumulūq; ſacrata ſpargimus larice/ atq; ouiliæ noſtræ quotannis his ſacris & meritis decorabunt honoribus.

AD REVERENDVM MARINVM CARACIOLVM.

CLARE Marine/ decus/ ſpecimen uirtutis/ & altum
Præſidium/ excelſæ relligionis honos/
Arce tui clypei ouiliæ/ & ſub fronde Galeri
Noſtræ audent miſſa nocte uidere diem.
Quiſq; hodie quoſcunq; ſuo uult rodere morſu/
Et pueri naſum rhinocerotis habent.
At tu diuini qui culminis inclyta pars es/
Qui curam inuicti Cæſaris unus habes/
Qui Ducis Inſubriæ Franciſcum regna tenentem
Diligis/ addicto mitis adeſto mihi.
Perq; bono fer opem/ dominantum tum quoq; famæ/
Ne uirtus uitio ſit ſua fœda graui,
Turpius ingrato nihil atq; immanius. hæc eſt
Culparum radix/ fomes/ & oceanus.
Namq; (mea officia ut quam plurima cætera mittam)
Hoc geſtum/ dum ſtat firma columna/ feram.
Principio belli Boionam uerſus habebat
Proſper iter/ Gallo Marte ſequente acies.
Iulius Auguſti cauſa/ decimiq; Leonis
Nunc Germana Petrus ſigna petebat opem.
Vrbe igitur degebat ob hoc/ quam præſcia Manto
Condidit/ hac poſtquam feſſa quieuit humo.
Auxilium ad Græcas ueniſſet nempe calendas/
Ni ſtudii egiſſet prouida cura mei.
Nam mea promiſſis adiecta pecunia grandis/
Impulit innumeris agmen ad arma ferox.
Quis neget hoc mentis ſanus/ quin uiribus illis
Sedis apoſtolicæ ſteterit imperium?

Digitized by Google

Quin quod & eſt iiſdē ſubiecta Placentia ſceptris?
Parmaq; ſeruata eſt auxiliante manu.
Parthenopes pariter ſtetit orbis.gloria parta eſt
Magna triumphata Cæſare & Italia.
Inclytus imperium dux patris adeptus/auiq;.
Hæc ſine Germanis irrita cuncta forent.
Clarius hoc Phebo patet omnibus.& magis ipſi
Pontifici/atq; duci.non ego falſa loquor.
Maximus eſt teſtis Clemens/cui longa poteſtas
Donandi eſt natis/emeritoq; mihi.
Verum erit/an domini quod nobilitate ſupremi
Terrarum ingrati lumina bina fient?
Reddere utetq; ergo ſpernit quæ expendimus ipſi
Cauſa tam inſigni:non memoresq; mei.
Ipſe etiam Cæſar fert noſtra potentior ut ui
Iura ſibi Inciſæ marchionatum habeat.
Quo prius ornauit me Maximianus honeſte
Diuus/& imperii curia celſa ſacri.
Ampla tui Caroli quoq; priuilegia magni
Confirmata manum ſunt mihi per propriam:
Quæ nec gratis auo nobis conceſſa te nemus
Cæſaris/innumera noſtra ſed ob merita.
Quid ſi Auguſtus aui ſedes alienus haberet?
Imperii externo ſi data ſceptra forent?
Nonne teneretur ſancti conuenta tueri
Imperiiq; ſuam gloriam:& officium?
Negliget hæc Carolus?hic Induperator/& hæres/
Atq; nepos poterit temnere iuſtitiam?
Quem decet affinis/famæq;/animæq; ſaluti
Proſpicere.& curam laudis habere ſuæ.
Nam nil iuris habet Ferrati Marchio montis/
Inciſam nulla qui ratione premit.
Nato etiam minus Odoni eſt/qui preſſerat olim
Impius ex proprio ſanguine fraude ſuos.
Atq; aliis quid iuris ineſt? qui nomina nunquam
Imperii norunt ad monumenta uirum:
Contractus plures de Inciſæ marchionatu
Qui ſine Cæſarea mente iniere ſimul.
Quis motus Cæſar tanq̄ ad ſacra ſceptra regreſſum
In bene me meritum contulit ingenue,
Hoc patet.at Caroli meritorum oblita meorum
Gens damna heu miſero quanta tulere mihi.
Quod facinus Cæſar non cōprobat/æqua malorū
Paſſorum(ut credo)ſi fuerit ratio.

Cura

Cura igitur/ſimilem quem munificentia reddit
    Larga Deo/ut Cæſar protegat/& foueat.
Hoc eius uirtus/hoc æquum poſcit/iniquo
    Non conculcari ferre ſuorum aliquem.
Primi orbis domini ne ingrati crimina tantum
    Ad ſe inuiſa Deo/terrigenisq; trahant.
Virtutes iuxta ingrati ſunt pectora nullæ/
    Nectuntur nodo quæ ſimul Herculeo.
Ingratus princeps non uerus habendus.oportet
    Exemplum melius omnibus eſſe ſuis.
De duce nõ loquimur.tandẽ hic cum fœnore reddet
    Mutuum/& emendans tempora tarda dabit.
Tantorumq; inerit meritorum permemor/ipſi
    Præſtitit aduerſis quæ bona noſtra fides.
Dedecus/aut laudem demum merearis ut huius
    Muneris/aut culpæ/luſimus iſta tibi.
Inuidia ut Neſtor uiuas moriente beatus/
    Clare Marine uale ſpes mea/dulce decus.

PLVRIMVM REVERENDO IOANNI ANGELO Arcimboldo Epiſcopo Nouarienſi: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarum dominus Bene eſſe.

VELLEM Arcimbolde mi doctiſſime/ut in conſiliis
principum/& regum ſemper adeſſes. Scio & pro com
perto habeo/te nullo ſtudio & opera defecturum/ut
priuatis affectibus publica præponeretur utilitas. uti/
nam beneuolentibus Diis hoc in Chriſtiana Repub/
lica fieret. aut tua bonitas & ſapientia/aut tui ſimiles
continuo adeſſent. profecto non tantopere laboraſſe/
mus. Sed quia mali ſunt/& ambitioſi/qui conſulunt/
qui aures principum leuiter confricant/ideo res noſtræ noua & noua quoti/
die diſcordia labuntur/& pereunt. quæ maior noſtri ſæculi imbecillitas po/
teſt eſſe/quam quod quiſq; ſibi non conſtet? hinc paſſim innumeræ de fide
opiniones. unde arbitror Deum in ceruices humanas iratum/& ſæculũ hoc
ſceleratiſſimum acerbiſſime flagellaturum. ne putet tua amplitudo/& mens
culta/& ſapiens me alia de cauſa a publico conuentu deceſſiſſe ad meas oui
lias excolendas/quam ut hæc fugerẽ/quæ quotidie ſimul ſtomachabamur.
hic ſum Reuerendiſſime domine mi/& (uera fateor) ſero cepi ſapere. di/
ſpendia peractæ uitæ non parum dolemus. & conſumptos inaniter annos ca
put allidendo parieti ab inſidioſa repoſcimus fortuna. quæ olim uiſa mihi eſt
mellita/dulcisq; ſucci plena. nunc autẽ ingerit triſtiora felle. ſed quam olim
imprudens fuerim/tam nunc cautior præmeditor libertatis meæ ueſtigia.
quæ ſera tamen reſpexit inertem. nunc deoſculor ruſcula mea/nũc arbores/

& plantulas amplector/& diſpono.nunc ſcio quantum poſtpoſuerim natu/
ræ beneficium.Proinde Reuerendiſſime domine nihil eſt/q; mireris.ſi Per/
bonus tuus tam diu abeſt/eſt quod meliora ſequamur.iam mihi decreuiℓ
quicquid nobis deinceps fata æui ſupereſſe uolunt/id omne dicare Deo/&
uirtuti.quibus ſi melior pars noſtri/& floridior non fuerit deſtinata/ſaltem
quod reliquũ eſt deterius poſt hac feruentius aſſcribatur.& ideo ualete am/
bitiones ciuiles.fucati honores/lubricæ uoluptates/& iurgia clamoſi fori.
huc me redigo/ut cum uirtute/& tranquillitate animi metiar uitam.tu ſi ſa/
pis antiſtes Reuerendiſſime/idem tentato.bene uale.ex noſtris ouiliis.

MAGNIFICO AC ORNATISSIMO ET GE/ neroſo Aſcanio Lonato Oratori ducali apud Principẽ diui Pau li Exercitus Chriſtianiſſimi Regis Imperatori:Hierony/ mus Perbonus Marchio bene eſſe.

PERBONVS non eſſet bonus/ſi a me eſſes præte/
ritus Aſcani mi inclyte.qui magna fide haberis/auctori/
tate & loco apud Principem honeſto/dignus honeſtiſſi/
mo.neſcio doctior an moratior/quum ſis optimus & lite
ratiſſimus/animo in omnes candido/at in amicos propen
ſo/& amore ſyncero/ut uix alterum inueniam/quem tibi
ſentiam omnibus amicitiæ numeris eſſe conferendum.ra
ra tibi eſt modeſtia:ſermone es & lepidus/& pro tempore grauis.& innoxie
facetus.non opum/non potentiæ cupidus.quiq; priuatim/& publice magis
ſtudes omnibus/maxime uero amicis conducere/quam tuam ipſius condi/
tionem fœliciorem reddere.non eſt tam magnus princeps dum ſit probus/
cui tu merito non ſis futurus uehementer gratus/quum exemplis morum/
& tuæ uitæ probatiſſimæ peritia/ſumma fide/eum adiuuare prudenti conſi/
lio ſis idoneus.& non ſeruire/ſed inſeruire aperte didiciſti.te uerum amicum
Perboni in tuitione ouiliarũ contra improbos/qui mihi/& rebus meis dum
taxat aduerſabantur furiali factione incitati/qui maris ritu ſuis æſtibus rum
puntur.perfectum amicum non iudicamus commode nullo facto periculo.
Sed uerus amicus comprobatur euentu/ſi eſt utilis.tu anchoram inimicis
meis præcidiſti adeo/ut neceſſe ſit eis omnes naufragio perire.nihil eis uiuit
iniquius/nihil ambitioſius/nihil inuidentius/non propria fœlicitate conten/
ti/uerum aliena tabeſcentes. Sed ſtulti poterant pacifice uiuendo ſalutem
ſuam in tuto collocare/& maluerunt crabrones irritando illam dubiis fortu/
næ caſibus exponere:ſibi firmiter promittentes/quod ſanus auderet nemo
ſperare.tepuereſcunt/qui tem clariſſimam in iudicio/& ueritatem in que/
ſtionem adducere non erubuere. Sed omittenda ſunt omnia inſolentia atq;
abſurda.& quæcunq; peruerſi mores hominum fecerunt Deo obſequẽtes/
qui nobis noſtro plus fauet merito/& eum niſi beneficiorum noſtrorum be/
neficum maximum recognoſcamus auctorem:metuendum eſt/ne ſuum er/
ga nos fauorem imminuat.Hic in cunctis faciat ut fœlix ſis.Ex ouiliis.

Digitized by Google

ILLVSTRI AC MAGNANIMO ARMORVM Capitaneo ducaliq́ʒ locumtenenti Gaſpari Mayno compatri ſuo: Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio & ouilia/rum Dominus fœlicitatem.

ILLVSTRIS & excelſe cōpater Martis decus noſtræ
ouiliæ/quæ ſemper tuo patricinio uſæ ſunt/ſe nūc plus
tuæ animi uirtuti cōmendant:q̄ quod antea fecerint. Cu
piunt enim/in apertum prodire.& quæ quum in obſcu/
ris diu latuiſſent ob inſidiantium dolos/ & mordacium
linguas/uolunt modo excuſſis iam tenebris tuo ductu/
& fauore in atria principum proficiſci. Fuit ſemper hic
tuæ Illuſtris familiæ mos/amicorum adeſſe aduerſis fortunis/ & quoſcunqʒ
uelut naufragio ereptos inter penates hoſpitaliter recipere. nō eſt obſcura fa/
ma quantū tua inuicta dextra pro amicis/pro principe noſtro egerit.nec un/
quam animū tuum rerum conditio mutare potuit ab eo incredibili affectu/
quo ſemper humaniſſimum principē noſtrum ardenter amaſti. Verus omni
ſæculo celebraberis amicus/ & in tantis incendiis/ quibus per pleroſqʒ an/
nos tota Inſubria laborauit/nunq̄ feſſus ſemper in armis/ modo reparando/
modo ſuccurrendo/modo defendendo/tam egregiam in omnibus operam
nauaſti/ut non minor famigeratus per ora hominum celebreris/ q̄ tuus pa/
truus clariſſimus Iaſon/ qui diuinis legum monumentis æditis patriam per
omnes mundi regiones reddidit auctam & maiorem.is factus tanto immor/
talis labore/a ueterum tuorū ſplendore non degenerauit. Sed tuus animus
uirtute fœlix/quē fortuna ſæpe uexauit: ſed uincere nec turbare ualuit/ neqʒ
ſuis ictibus te facere minorem potuit. præfers profecto illa tui uultus maie/
ſtate/non ſolum familiæ ueteris/ & illuſtris generoſitatem: ſed animi fortitu/
dinem/ & inſuperabilē rerum omniū conſtantiam/ ut nihil tam aduerſum/
tam horrendum accidere poſſit/ cui tuus inuictus animus cedere cogatur.
Conſultiſſime fecit princeps noſter qui tuo moderamini Alexandriā & om
Ciſpadanam regionē cōmiſit tutandā. Sciebat rem tanto pondere nō ualidio
ribus humeris poſſe ſuſtineri/ quam tuis uelut Herculeis defeſſo Atlante:
non minor tibi ceſſit laus/q̄ Milciadi qui cum paucis in campo Marathonis
in Attica regione Perſarū impetū fregit.& ſicut ille fuit Athenienſibus & to
tius Græciæ populis ſalus:ſic tua inuicta dextra totā Inſubriam reddidit ſal/
uam defenſa & conſeruata tuo mirabili conſilio Alexandria.debetur tibi meo
iudicio ſtatua. Tot enim aditis laboribus & periculis pro principe/pro com/
muni ſalute/non inter alios enumerari debes/quam inter uiros fortes & ma
gnanimos. Quam ob rem Illuſtris compater non committam ut ouiliæ no/
ſtræ ſine tua uirtute/ſine tuo nomine foras prodeant. Neqʒ mihi omnino tu/
tum fore exiſtimo/ſcis enim quot in me circummugiant liuiduli/ quot parēt
in ouilias liuoris morſus: qui ſi ſentient tui adeſſe ingenii fauorem/ uelut ma
le feriati/paſſim neglectui habebuntur. Vale fœliciter compater humaniſſi/
me/& Hieronymum Perbonum(ut facis)ama. Ex ouiliis.

CLARISSIMO IVRECONSVLTO ALEXAN dro Ammanio Ducali Senatori integerrimo: Hieronymus Perbonus ouiliarum Dominus fœlicitatem.

AMMANI mi omnium amicorum optime/
integritate & iuſtitia uir admirande/ tu etiam
in iis noſtris lucubrationibus iis tantis uiris aſ
ſociaberis/ qui bonorum hominum æque in
triſtibus/quam in proſperis amicitiam fide/hu
manitate/ ac ueritate/ & deniq; pura conſtan/
tia conſeruas. animi es præſtantioris quam ſit
pro more uulgarium multorum Senatorum.
nihilque rectitudine melius arbitraris. honeſti
etiam/ & iuſti pro cauſis in adiutanda ueritate
nemo te promptior: neq; probrum apud te maius eſt/ quam & iuſtitiæ/ &
æquitatis deſertorem uideri. deniq; optimus eris Senator/ſi omnia ex tui pe/
ctoris ſenſu iudicabis. ideo tuas ob uirtutes dux noſter optimus te non ſolū
amat/ſed ueneratur: eo maxime/quod peculiari quadam & præcipua integri
tate præcellens ſis ad iuſte/ recteq; iudicandum. & ad referendam ueritatem
integerrime aptiſſimus haberis/ ut in noſtra ouilienſi cauſa manifeſtum uir/
tutis tuæ exemplum præbuiſti. a modeſtis inſuper ſermonibus tuis probus
uitæ uſus undiq; lucet. iccirco Cremæ patriæ tuæ/ubi auctoritate/& opibus
polles/tam charus/& pretioſus es/quā hic iuſtus exiſtimaris: ut pro Amma
nio magnus dicaris. hæc ſunt quæ Perbonum tuum tibi faciunt deuotum/
addictumq; perpetuis temporibus. qualis fuit Agathocles Samius Diniæ
Epheſio Lyſionis filio/& Damoni Eudidicus Chalcidenſis. de quibus ſcribit
Lucianus. nec tibi uiro probo hoc pretium inutile uideatur/ quum nec Eu/
damidæ Cocynthii teſtamentum Areteo Corinthio & Charixeno Sicyo/
nio amicis/ut omnibus aliis uidebatur/deridiculum uiſum ſit. in quo lega/
bat Areteo matrem ſuam alendam/ & Charixeno ut filiæ dotem daret. Bene
uale/& de tuo Perbono ea tibi pollicearis/ quæ optimus frater de ſere altero
ſibi polliceri poteſt. Ex ouiliis.

FINIS.

Digitized by Google

Hieronymi Perboni Marchionis Incíſae ⁊ Ouiliarum Domini Li-
ber tertius Epiſtolarum Ad
Illuſtriſſimū Albaniae du
cem: ad Reuerendiſſimū
Hippolytū Eſtenſem:
ad Inſignem Tho
mam Morum: ⁊
ad Epiſcopū
Uitouien-
ſem.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Ac Excellentiſſimo. D. D. Joāni Stuart Albāiae Duci ⁊ Regio Boꝛbonēſis: ⁊ Auer/giae Gubernatoꝛi Sapien/tiſſimo Hierōymus Per/bonus Inciſae Mar/chio foeliciter eſſe.

DVM Mediolāi eſſemus in ſenatorio ordine dux inſignis
ac Illuſtriſſime ingens nobis cura erat iuris nodos abſol/
uere/legum obſcuritatem/ac iuriſconſultorum ſenſa in/
terpretari ita/ut tanquam ad Pythium nedum tam am/
plæ urbis acceſſus/ſed totius penitus Inſubriæ ſemper
eſſet concurſus. & in domo noſtra/& in noſtratum ædiū
ueſtibulo tanta erat litigantium/& ſalutantium frequen/
tia/ut nullum ſupereſſet mihi ocium. ac operam noſtram
expoſcebant pro tuendis rebus meorum principum Sfortiadum contra po/
tentiſſimum Regem ueſtrum Galliarū/ut probe noſtis/licet hoc ſcire mul/
ti diſſimulent/quos meminiſſe oporteret. Impræſentia meo hoc in loco Oui
liarum ad amœniora ſtudia confugi/ubi compoſito animo/& pingui ocio
philoſophor. & quoniam ſudores huius noſtri ſtudii ampliſſimis uiris dedi
cauimus/uirtus tua ſingularis nos admōuit/ne tu ſummus dux belli ſapien
tiſſimus ab Ouiliis noſtris abeas inhonoratus. ſic tu quoq; clementiæ tuæ
imbribus nobis faueas. imo ad noſtra uota intende ut Franciſci Galliarum
regis magnanimi/& præſtantiſſimi gratiam indipiſcamur tua opera/& au/
thoritate/qui atauorum amplitudinem reminiſcitur/& in dies ingentes uir
tutes ſuas/ac excellentiam ſui Immortalis nominis fœlicius extendit. nam
tanq̄ alter Hercules uiuens ſemideus cenſetur. cui ueteres uota: & ſacrificia
ob præcipuas/& clariſſimas eius animi/& corporis dotes inſtituerunt. quē
inuocabant eidem rem diuinam perſoluentes. huius inclyti regis laudes ſi
debitis laudibus enumerare uoluero/cælum exiguo lumine illuſtrare uelle
uidebor. nō enim Carolo magno/aut ullis eius ſucceſſoribus aliqua in uir/
tute eſt inferior. magnificentia/affabilitate/clementia/bonitate/prudentia/
Cæſareaq; quadam magnanimitate nemini ſecūdus. pacis artibus inſignis/
& bellica uirtute clariſſimus ita/ut merito rex regum appellari poſſit. quod
nomen Tygranes rex Armeniæ inops conſilii/arrogans/& Imperioſus ſibi
ſuperbe aſciuit. huius Frāciſci regis maiores Mediolanū Inſubrū metropo/
lim ac pene uniuerſale Chriſtianæ ditionis urbem primariam/Comum/Bri/
xiam/Bergomum/Tridentum/ac Vincentiam condidere prærupta iuga

alpiũ ſrigore/gelu/niue/& anfractibus uix inacceſſibilia ſuperando. Appen/
ninum tamen Hercules oim primus auſus eſt tranſcendere. hos etiam mõ/
tium colles Pœnus Annibal igne/aceto/ferro/laboreq; inaudito attritos non
infortunii expers ſuperauit. Franciſci regis celebris gens pene ab origine mũ
di præconiis ſummis fuit celebrata. apud quam magni fuerunt pretii milites.
Item Druidæ. at plebs habebatur & habetur ita/ ut in nobilium ſeruitute ſit.
Chriſti fides multum Gallis debet. nam a Magno Carolo Saxones & Sara/
ceni deuicti ſunt. & Deſyderii Longobardorum regis arrogantia aduerſus
Adrianũ Pontificem ſuperata eſt. Qui Longobardi per annos ducentos Ita
liam rapinis/igne/& cladibus innumeris euerterũt. ipſi Saxones tunc (ut &
nunc faciũt) illudebant fidem. Reges Galliæ etiã proprio nõ mercenario mi
lite Hieroſolymitana iura a Penatibus ſe ſubmouentes recuperauere. nam ꝑ
fide Chriſti Gallica gens ſemper fuit alacer & impigra/nullo errore catholicæ
fidei notanda. at rex ſuus hic uiuens maximus conſtantia/ atque fortitudine
omnibus tanquam alter Ageſilaus antecellit/ nulli principum magnificentia
cedens/ſciens non minus ſibi quam aliis imperare. & ut ipſe imperare callet/
ita omnes Galli ei ſumma cum fide parere norunt. tam optimum regem/& te
inclytũ principem maximus Deus q̃ diutiſſime fœlices conſeruet. Ex ouiliis

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO
Principi Don Hippolyto Eſtenſi Mediolanenſi Archiepiſcopo or/
natiſſimo: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ Ac oui/
liarum Dominus bene eſſe.

QVIA uer/æſtas/autumnus/ & hyems Reuerẽdiſſime
ac Illuſtriſſime domine tempora ſcilicet/ quæ ſingulis an
nis abeunt/& redeũt/ nihil fragilius ſpectãt producũtq;/
quam uitam humanam: quæ niſi ingenii fulcimentis de/
coretur/perpetuo in obliuionem abibit. Solem uidemus
reſurgere/& occidere/hominem non ita abeuntem & re/
deuntem ſpectamus: ut iam pro cõperto etiam pueri ſciãt
nihil ſub cœlo firmum: etiam magna imperia/ut apud Aſ
ſyrios/ Medos/ Perſas/ Lacedæmones/ Græcos/ Carthaginenſes/ Roma/
nos/Gallos/ Germanos/ſentiunt interitum. Proinde ſapientius illi faciunt/
qui per uirtutes & ſacra monumenta literarum immortali memoriæ conſu/
lunt. Sic magni oratores & Philoſophi/& hiſtorici illuſtres aliquid excogita
uere/quo ſibi (poſtquam caduca/& fragilis uita erat) nomen uicturũ apud
poſteros facerent. Ego tantorum uirorum exemplo compulſus/ licet impar
ingenio/in ouiliis meis quod reliquum eſt uitæ/per has meditationes tradu/
cere decreui. & eas egregias uirtutes/ quas pernouerim in principibus ſitas
eſſe/quantis poſſem laudibus decreui cõmemorando producere/ut per has
induſtrias ſimul nomini conſulerem meo. iccirco excellentiſſimi & Sereniſſi
mi Alphonſi genitoris tui uirtutes egregias notauimus/q̃ ad nr̃as aures po/
tuere peruenire: & quia dum Sereniſſimũ patrẽ/ dum excellentiſſimũ Her/

culem

culem fratrem obſeruamus in iis monumentis/ tuã amplitudinẽ reuerendiſ.
dñe prætériſſe nephas eſſe duximus. præſertim quũ mira relatiõe multũ ma
gnifici comitis Nicolai Taſſoni nobis quantæ/& q̃ magnæ ſint tuæ uirtutes
innotuere/ut in dubio ſit an illa dignitas per te/tuasq; uirtutes egregias ma/
ior fiat/an animus tuus illuſtriſſimus ob illã exiſtat excellentior. nec hoc eſt
alienũ a tuorũ maiorũ ueſtigiis/neq; diſpat a tuo reuerendiſſ.patruo digniſſ.
& ſapientiſſimo Cardinali/& Archiepiſcopo nr̃o Mediolanenſi.cuius & mo
res optimos/& ingenii uirtutes/& normã repræſentas.idq; libentius agim⁹
propterea q̃ ſemper ueſtra Eſtenſis familia/ ut olim & nunc ſemper grauida
uirtutib⁹ extitit/ſemper magnis uiris in oĩ genere uirtutũ/ & eruditionũ gra
tificata eſt. Ideo has meas ouilias/ & ſi ſint ſine lenocinio aliquo/ & lepore
collectæ/nolui tñ ſine ueſtro fauore/ & quodãmodo Eſtenſiũ patrocinio in
apertũ prodire.lege rogamus reuerendiſſ.domine/ut omni tempore quantũ
ego & liberi mei principibus Eſtenſibus afficiamur: aperte cognoſcat. recte
ualeat tua reuerendiſſima & illuſtriſſima dominatio/ cui ſemper humiliter
me commendo.ex ouiliis.

SVPER ILLVSTRI THOMAE MORO REGIO
Aymegalo: Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio bene cupere.

AETERNVM Dei munus eſt doctiſſime Aymegale doctorũ
hominũ genus/quod uelut alterã lucẽ dediſſe rebus humanis ui
detur. ꝑpterea es bonis omnib⁹ illius inſulæ inclyte quaſi deus/
ſalus/fortuna/lux/lætitia/& gaudiũ.oẽs uirtutes tuas prædicãt:
& nemo eſt/qui inter bonos cõnumerari cupiat/ ſicut ego uehementer deſy
dero/qui ipſas conlaudare nõ teneatur/ & gloriã ac munificentiã tui inclyti
regis extollere. nam ingrati & ſegnis animi eſſem/ſi extra memoriã eſſet/qđ
maximo quodam me beneficio affecerit ipſe rex liberaliſſimus/pariter & oẽs
bonos Inſubres recte uiuere cupientes.quũ Franciſcũ Sfortiam.ii.ducẽ no/
ſtrum legitimum & naturalem rex magnanimus iure antiquiſſimæ amicitiæ
cum uirtute Sfortiada liberaliſſime amplexatus eſt pro obſeruantia iuſtitiæ
tanq̃ alter Zelancus. q ne adulteriũ a filio unico cõmiſſum impunitũ tran/
ſiret/& natũ/& ſe uno oculo priuauit/adeo iuſtus fuit. propterea ipſe dux
meus bene memor ſe omni uinculo beneficiorũ erga regẽ munificũ obnoxi/
um/atq; deuinctũ profitetur/& eius ĩperio ac opibus/ſi q̃ ſuperſunt/ eiusq;
fide/quæ nõ deficit conſtantiſſima tanq̃ de te ei dicata/ ꝑ arbitrio uti licet il/
luſtriſſimũ principẽ. & nos tuo conſilio tueatur/ ut hactenus tutatus eſt/
ſemperq; faueat/ut ſub tutela & clypeo tãti regis te impulſore tutus/& quie
tus cũ ſubditis ſuis fidelibus ſine iniuria fœlix in futurũ uitam degere poſſit.
is opes/& diuitias/ſi eſſent/ut iam fuere in Inſubria dedicaret. Sed omne re
liquũ eius imperiũ/& quicquid uiriũ eſt offert:& ſemetipſum deſtinat. Equi
dem fautor fuit optimo duci/cui nihil deeſt/quod in inclyto principe atque
ornatiſſimo duce requiratur/ita ut fœlices/ atq; perbeati Inſubres eſſent po
puli/ſi ducẽ ſuum Diotrepheũ in pace poſſiderent/ quem Leo Pontifex &
ſacroſancta eccleſia/ope & ingenio diui Clemẽtis nunc Pontificis/ Carolus

Digitized by Google

Imperator/& inuictiſſimũ imperiũ/& in primis munificus/ ac potentiſſim⁹
Rex Britanniæ/auxiliantibus & procurantibus ſapiẽtiſſimis Venetis/totaq;
penitus Italia in auitũ/& paternũ ſoliũ repoſuere.in quo conſiſtũt q̃ in quo
cunq; optimo dominante excogitari poſſunt/& deſyderari. quæ eius dotes/
& bona animi/tanto clariora ſunt:quanto dignior aius eſt corpore / q ipſam
Teutonicã loquelam & uarias linguas tanq̃ alter Mithridates optime callet.
Sfortiani duces/quorũ præconia nulla ætas conticeſcet/a Dalmatiæ/& Lon
gobardorũ regibus/ut multi ſcribũt/ originẽ traxere/& recentioribus tẽpo/
ribus uiguit Mutius Martis/& bellonæ decus. q poſtmodũ Sfortia appella
tus eſt.Splenduit & Franciſcus.i.cuius oẽs germanos Achilles/aut Epami/
nundas fuiſſe exiſtimes/ tot Scipiades / tot fulmina belli.inter quos emicuit
Conradus/a quo prouenit auo cõpater meus Pallauicinus ueræ nobilitatis/
& probitatis decus & exemplũ.cuius prudentiæ & fortitudinis geſta nõ faci
le quis enarrare poſſet.Diui autẽ Franciſci facta memoranda q ignorat/igna
rus eſt oĩs hiſtoriæ.Ab eius primæ ætatis modernorũ primordiis de ipſo ſcri/
bit mira quidẽ/ ſed tñ plena ueritatis Philelphus. At Ludouicus eius filius
lynceis oculis prouidentiæ/& ſubtili ingenii acumine inter oẽs floruit mor/
tales.ꝓpterea glorioſiſſimũ nobis decus fuit tanti ſtemmatis cõſeruatio / qđ
potentiorũ exercitu/& uiribus nedum circũſeſſum/ſed pene demerſum fue
rat.merito Princeps meus magnanimũ ipſum Regẽ in terris tanq̃ ſuũ ꝓpriũ
numen colit/obſeruat/& ueneraẽ.in eumq; cogitatiões ſalutis ſuæ/ & incre
menti repoſitæ ſunt.nã nedũ in dando beneficio liberalis fuit/ ſed in prõpti/
tudine exhibendi.præmiũ autẽ tanti beneficii erit/ꝙ ut ei mandauit Rex hu
maniſs.& munificẽtiſs. in ornatiſſimis ſuis literis dum adhuc eſſet in Germa
nia apud inclytũ Cæſarẽ Maximilianũ/curabit oĩ conatu minime eſſe dege/
nerem maiorũ ſuorũ/cui præſtabit ꝑpetuo ſyncerã fidem/& integerrimã ob
ſeruantiã obediẽtiæ perpetuæ. Sfortiadũ præclara/Herculea/ & heroica ge
ſta ubiq; hiſtoriis/& annalibus illuſtrata ſunt.q ea legũt/plurimũ debẽt An
gliæ regi cõſeruatori Sfortianæ poſteritatis.Diu bene ualẽas doctiſſime Mo
re cum rege ſplendidiſſimo & tota Britannia.Ex ouiliis.

REVERENDISSIMO STEPHANO EPISCOPO Vitouienſi Anglico doctiſſimo ac religioſiſſimo:Hieronymus Per/bonus Marchio Inciſæ bene cupere.

FOELICES populi ſunt Britanniæ Reuerendiſs. Pon
tifex/quibus rex ſapiens/potensq; decernit iuſtitiã / & re
uirũ religioſum/iuſtũ/& deniq; optimũ in conſilium ad/
hibet excluſa ambitione/cupiditate/& adulatione.equi/
dem floret Anglia regis ſui ſapiẽtia/ & reuerẽdiſſimi Epi
ſcopi Vuitouienſis prudentia fœlix eſt.& ſua iuſtitia/æq
tate/ac integritate merito gratulaẽ. nõ eni ſatis eſt qui re
gnat/quiq; regibus aſſiſtũt/ſi opibus/cultu/aut maiorũ
antiquis imaginibus ſubiectis præſtent/ niſi ſapientia/ prudentia/ & iuſtitia

teliquos

Digitized by Google

reliquos etiam antecellant. Si beata Reſp. appellari debet / & de ipſa nemo
recte exiſtimatur melius mereri / q̃ ſi eius ſano conſilio / ac iuſtitia dignis ratio
nibus aĩm regis imbuerit. & econtra grauẽ populis perniciẽ afferunt / q prin
cipum pectora prauis opinionibus / cupiditatibusq; corrumpũt / quaſi fontẽ
in plateis ueneno inficientes. Deo optimo Rex tuus inclytus plurimum de
bet / qui ei incruentũ hæreditarium nullo malo / neq; facinore emptum con/
ceſſit imperium. quod eius naturæ bonitas / mentis integritas / & uis ingenii
nobis recte / ac ſapienter ipſi regi conſultantibus tranquillũ reddunt / ac tuen
tur. cuius rectitudinis / & uirtutis exemplo quilibet imperans rationẽ accipe
re põt regna bene adminiſtrandi. integri enĩ / ueriq; principis ſimulachrum ſe
oſtendit. Tu Præſul es a natura ratione p̄ditus / & diuinæ mentis capax. pro/
pterea beneuolẽtiæ / concordiæ / pacis / & unionis inter fideles debes eſſe ſtu
dioſus. cui inſita ſunt bonarũ diſciplinarũ ac uirtutũ ſemina / ingenium mite
placidumq; / & ad cõponendam pacẽ propenſum. cuiq; iucundum eſt / de re
pub. catholica benemereri / q̃ impiam Chriſtianorum inter ſe efferamq; belli
gerendi inſaniã deteſtatur. tu qui maxime homo es idoneus tua auctoritate /
& rectis conſiliis iuuare ipſam / nihil intentatũ relinque / ut fœdera pacis in/
eant oẽs principes / populi / ac Reſp. fidei Chriſtianæ: ſi cupimus q altiſſim⁹
nobis ſit propitius contra impetũ ac rabiem Scytharum. nam pax uere no/
bis eſſe nõ poteſt / ubi nõ ſit Deus. nec illic Deus / ubi pax nõ adſit. nam pax
optima rerũ eſt / quas homini natura dedit. & in pace locus eſt Dei / qui prin
ceps eſt pacis / & pacem amat / ac offenditur diſſidio noſtro. & pax opus eſt
iuſtitiæ. uotis tuis ubiq; is faueat / cuius diuina uirtus ſtudiis utiq; coopera/
tur humanis. Ex ouiliis.

MAIO INSIGNI AC ORNATISSIMO ORA/ tori Cæſaris apud maximum Romanum Pontificem: Hiero/ nymus Perbonus Marchio bene eſſe.

MAII nomen recte tibi impoſitũ eſt clariſſime Orator /
& ſæculi noſtri uerum ornamentũ / quum in te ea ma/
ior reluceat prudentia / q̃ raro in aliis habeatur. dignus
a conſilio / dignus a ſecretis apud Cæſarẽ / & nõ minor
q̃ Mœcenas apud Auguſtum. Maium menſem ueteres
nñi a maioribus / hoc eſt ſenibus nomen ſortiri uolue/
runt: propterea q in iis ſolet eſſe grauitas / ſapientia /
& mita modeſtia. quibus ſine dubio maxima reuerentia debetur. idcitco
iſta tua ſingularis prudentia te facit Maium. tua illa mitifica ingenii dexteri/
tas Maium te nominat. illa fides / illa tui animi conſtantia Maium paſſim te
uocat. illæ iuſtitiæ tenor / & præexcellentis animi uigor per Italiam / per ur/
bes / per regna te Maium portat / te laudat / te magnificat. quamobrem Mai/
us mihi eris in ouiliis meis / quas in hac mea ſenectute excolo. eris Maius.
ſedebis Maius. honoraberis Maius. tua inclyta uirtus / & ciuilium acti/
onum tua eximia diligentia /, & doctrinæ magnitudo meretur honores /

quos antiqui illis dabant/ qui pro patria & pro communi bono elaborabãt
propalata ſunt tua egregia facta/q̃ in hac tam ardua legatiõe egiſti. in qua in
ter duo primaria lumina Reip. Chriſtianæ de ſumma rerũ/ de Rebusp. de fi
de/de pace fundamenta conieciſti. tã exacte/tam modeſte/tam pene diuine/
oĩa conſilio tuo ſedaſti/ut iſtud igenii acumen/ & dexteritatẽ nemo ſit in ur/
be q cum maxima admiratiõe nõ extollat. quamobrẽ/quũ in iis meis ouiliis
inter ſtatuas principũ/quas poſui/nõ te titulo reperi/ſum admonit⁹ ut poſt
hac inter præcipuos meos cõmemorareris albo. bene uale. ex ouiliis noſtris.

EXCELLENTISSIMO IVRECONSVLTO BA/
ptiſtæ de Palma Valentiæ canarũ nunc inter Allobroges conſtitutæ
ueſperi iura ciuilia ordinaria legenti: Hieronymus P. bñ cupere.

INSIGNIS Baptiſta mi uir ſingularis eruditionis Perbono
tuo/ac eius ouiliis ꝓpitius ſis. q es non tantũ ſacratiſſimatũ le/
gum/ſed oĩm diſciplinarũ bonarũ ſtudioſus. in quo oĩs ſapien/
tiæ & ſciẽtiæ cumulus lucet. quũ oẽs actiones tuas non minus
iuſte inſtituas/q̃ prudenter exequaris. totus ad naturæ rerũ/ cœlitũq̧ cõtem
plationem conuerſus orbem terrarũ tuo ſacro/ & altiloquo ſtilo peruagaris.
noſtratia hæc nõ ſolũ calles/ſed q̃ diuinã uirtutẽ tangunt/ ita conſequutus
es/ut te maiorẽ nõ miremur: tibi mirũ in modum debeo ꝙ in fauorẽ iurium
meorũ ꝓ cauſa ouilienſi tã docte/ tam copioſe/tã iuſte/ tam ſapienter conſu
lueris. optimus deus te/& nos ab improbis tueatur. Ex noſtris ouiliis.

MAGNIFICO CLARISSIMOQVE IVRECON/
ſulto Vincentio Inuitiato affini: Ducali Senatori a ſecretis Illuſtriſſimi
Ducis Sabaudiæ: Hieronymus P. Marchio Inciſæ bene cupere.

MIHI te iratũ eſſe nequaq̃ exiſtimo integerrime Sena/
tor affinis optime/ꝙ adhuc nullam gratitudinẽ oſten/
derim/quũ tantũ tibi debeam/ ꝙ tam humanus fueris
officioſus/&magnificus erga familiã meam in iſtis tem
porum aduerſitatibus in Auguſta Taurinorũ. nõ enim
in fortẽ uirũ ira cadit/qualis tu es. cui præter animi for/
titudinem / ſunt in ſenecta integri ſenſus corporis tanq̃
robuſtiſſimo iuueni. Sed hæc nobis ex bñ actæ uitæ moderamine in cunctis
actionibus ſuggerunt. & ſi ingenia ætate mitiora/& ſapientiora ac tẽperatio
ra fieri ſoleant/tñ multis nõ ſeneſcit libido. q̃ quantum ætas improborũ ho/
minũ facultati detrahit tantũ adiicit cupiditati. ſic eſt profecto: iis friget Ve
nus/at feruet uigetq̧ malitia. uerũ ubi iuuentus ualidis uirtutũ uinculis ſoli
datur/tunc illa apparet ſenectus uegetior/munitiorq̧. ſic tua eſt Vincẽti Se
nator optime. ſic a me tu dignior uideris/cui fides in conſiliis a principe meri
to haberi debeat. nam omnes probabiles ritus maiorum ſuorũ cognitos ha/
bes. & in te eſt rerum uſus / uteraque adminiſtrationis forma / atque omni/
um officiorum capacitas. ideo in tempore ſcis principi tuo recte conſule/
re, nam multi poſt factum uates efficiuntur / & poſt euentum ſtulti etiam

ſapiunt

ſapiunt.& ſi fatalem neceſſitatem nemini uitare licuerit/a multis tamen/cō
ſilio & prudentia moderata eſt.ſapiens amicus ſæpe aliorum male conſulta
in bonum exitum uertere ſolet.Igitur Vincenti amicorum decus/tanq̄ uir
ſapiens/& prudens/in ouiliis nr̄is connumerari non dedignaberis.bene uale
& me(ut facis)ama.ex ouiliis noſtris.

INSIGNI COMITI LVDOVICO AFFAITATO
necnon plurimum magnifico Ioſepho Mariæ Brumano Iureconſul
to ſapientiſſimo:Hieronymus Perbonus bene eſſe.

VOS equidem gloriamur inſignis Ludouice Affaitate/& illuſtris
Brumane amicitia ueſtra/nō minus q̄ Arſacomas ſua. qui auſus
eſt petere regis filiā aſſerēs ſe eſſe ditiſſimū/ ex quo habebat ami
cos Macentē/& Leuchatem Scythas/ eorū beneuolentiam lon
ge præſtare exiſtimans/multoq; firmiorē eſſe Boſphernorū opibus:recte in/
dicans agros/pecorū multitudinē/aurum & gemmas minime fortibus uiris
& probis amicis eſſe/nedum anteponendas/uerū nec conferendas.Ita ope/
ra Macentæ Maceam amatā obtinuit/& Leuchatæ audacia caput regis.a ſo
li fœcunditate laudantur urbes aliquæ/aliquæ q; inexpugnabiles ſint/non/
nullæ(ut fert loci conditio)ab aeris ſerenitate & fluuiorū irrigatione/& plu
rimæ ab antiquitate:quibus omnibus floret & dotata eſt pulchra Cremona.
Sed inſuper illuſtratur ab incolarū moribus bn̄ inſtitutis/a Dei cultu/a bo/
narum diſciplinarū cognitione/& ſcientia.& ſicut Mantua ſuo gaudet Vir/
gilio/ Patauiū Liuio Romanæ hiſtoriæ pene principe/ Verona Catullo/ &
Athene ſapiente Solone:ſic ipſa Cremona inprimis clara eſt optimo & iuſto
principe duce Franciſco.ii.q erit meritorū tam affectæ patriæ tandem benefi
centiſſimus:q prudens ſcit recte cuilibet adminiſtrare iuſtitiā.uerum & tan/
torum ciuiū excellentia merito ſuperba eſt.Intereſt eni & principis/& Reip.
habere ciues/& ſubiectos ſapientes/& diuites.& merito equidē. nam uobis
ambobus & ipſa Roma/& rex quilibet/ipſeq; oīm regum dn̄s Cæſar nō in/
iuria gloriari poſſet.quis eni eſt in tota ditione Chriſtiana/qui Affaitato ſit pe
cunioſior/quis ditior/quis candida fide præſtantior? &(quod quidē rariſſi/
mum eſt)in eo in ſimul ſunt religio/ſumma doctrina & diuitiæ. quo ſit ut &
regibus/& ipſi Cæſari gratus ſit.hic charior tibi ſit princeps Lynceo/q̄ impro
borum ꝑteruitas/& calumnia.pro gratitudine in Cremonenſes/ & uirtutis
ſummæ præmio/ac ſubiectorū utilitate Ioſepho Maria Brumano ſenatū re/
uerendiſſimū exornare uelis dux oculatiſſime. nā hic ingenio & ſapiētia ſua
erit populorū tuorū præſidiū/fulcimentū rerū tuarū/& imperii tui defenſa/
culum.eſt eni iureconſultus nō modo probus & integer/ uerū etiā ſapiens/
quantum alius in Italia : quum nunquam per omnem uitam deſtiterit opti/
me de Repub.ſua mereri.quiq; in conſultationibus/& in adminiſtrandis re/
bus non mediocrem utilitatem attulit bono publico/habitu inſignis / inceſ/
ſu moderatus/uultu hilaris/amictu modeſtus:frugalitatē laudat/& damnat
eos/qui auaritia capiuntur.Approbo conſilium tuum amicorū optime/ qui
decreueris operibus Platonis & Ariſtotelis incumbere.nō equidem perfecte
ſcit / qui eorum diuinæ doctrinæ ignarus eſt . qui non Athenas modo/non

Digitized by Google

Græciam totam/uerum orbem terrarum uniuerſum illuſtrauere aperientes
ſecreta naturæ antea penitus incognita/ac latentia in abſtruſo.& ſua perue/
ſtigatione/ſuiſq; uigiliis ad ea peruenere/quæ Græcorum/aut ægyptiorum
nullus erat antea conſequutus.& Platonem maxime Græcia & Sicilia/ &
tota Italia ſemper hominem uenerata eſt.Reges illius ingenii excellentiam
ſuſpexerunt.admirati ſunt populi.coluerunt diuinarum ac humanarum re/
rum ſtudioſi.& quia omnis recta cognitio a doctrina ipſius duxit exordiũ/
merito ab hominibus diuinus appellatus eſt.bene ualete/& diu/ac malum
a uobis deus auertat.Ex ouiliis noſtris.

ILLVSTRI ACEXCELSO PALAVICINO Folianeo Sfortiæ de Aragonia Marchioni Peligrini ac uallis Muzulæ & Viguzoli:Caſtrinouiq; Domino Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ atq; Ouiliarum Dñs bene optare.

QVID Pro te agam Foliane Palauicine mi Cõpater opti
me/ & oium amicorum amiciſſime/ſuauiſſ. gratiſſ. pro
tuo tanto officio/pro tanta beniuolentia qua me meoſq;
liberos ꝓſequeris? Q uid agam? quo me uertam? an exi/
ſtimem commodum? an beneuolentiam? feciſti ſane pro
magnitudine animi tui/quod pauci facere ſolent/ut non
in ſecũdis rebus/Sed in acerbis & duris amicitiæ uirtu/
tem reſpexeris. in hoc enim deiectu & uelut meæ nauis
iactura/ naufragioq; nos tua pecunia ingenue uſi ſumus/ quam non minus
liberaliter mutuaſti/quam promptitudine nos deuinxiſti. multi contrahunt
frontem/atq; in eam deueniunt opinionem me hanc ipſam paupertatis ne/
ceſſitatẽ ſimulare/neq; illis uериſimile probari noſtras fortunas paucis añ an
nis pingues & effluentes/ tam repente in hanc egeſtatem cecidiſſe. Q uod
non in ambiguum ducerent ſi rerum ambitum/ſi & fortunæ perpenderent
iocos.Speramus(ut ingenue fatear)ſi dii propitii pietatem/religionem/fi
dem ſpectant/eam nos procul dubio breui propulſuros.Claudicant enim &
tardæ ſunt diuitiæ/quum ad nos ueniunt:præſertim ſi a Ioue miſſæ ſunt.At
uero alas addunt pedibus quum diſcedũt. Sed fortaſſe iis fluxiſſe fuit opor
tunum quando ad fugam tempus/& timor eas incitarit. Q uid addam com
pater optime? nulla habita gratitudinis ratione oneribus/quæ ſufferri non
poſſunt/nos quoq; aggrauare ſors non erubuit. Sed ſuæ quiſq; conditionis
impatiens.Multi nunc aurum ſomniant/qui experrecti carbones reperient.
Stultorum eſt iſta gloriæ prurigo/qui ſine diuite uirtute inter arbores ſe po/
liunt.At tu ſapienter compater optime facis/qui tibi uiuere decreuiſti/ & re
rum naturæ nauare operam. Sapienter me hercle: identidem mihi faciundũ
puto abiectis iis/quæ curas augent/ non minuunt ſpinas. per eruditionum
monumenta diuagor libens/& quantum poſſum nomen ab interitu uendi/
co meum.In quibus non ſinam beneuolentiam tuam erga me perire. faciam
ut poſteri

ut poſteri cognoſcant quantum uterq; alterum amarit. Vale Compater opti/
me/ & illud rogo ut magnifici Caſtellari nõ ſias immemor/ qui nobis impel
lentibus magno ſtudio & cura apud Pontificem maximum/rem tuam & ue
lut nauem e naufragio in portum reduxit. Recte & diu bene uale probitatis
decus. Ex ouiliis.

GASPARI ELEPHANTVTIO PATRICIO Bononienſi Inſigni: Hieronymus Perbonus Marchio bene cupere.

EQVIDEM Bononia/quæ alias Boiona/ & ab anti/
quioribus Felſina dicta eſt/ totius Hetruriæ caput beata
eſt/dum Franciſci fratris tui Senatoris recto/& iuſto mo
deramine fruitur. nam ob eius ſapientiam quiete/& pace
potita eſt in iis Italiæ malis inteſtinis. Quid enim maius
homo conſequi poteſt quam pacem? Cui debent morta/
lia cuncta. Imo etiam omnes cœlicolas pax ſibi conciliat:
quæ quãti in præſentia exiſtimanda ſit/ nos Inſubres ꝓ/
be iudicamus. quibus ex furore belli tot mala prouenere. nam ex bello peſtis
& fames nobis obortæ ſunt. ex iis tribus urbes diruptæ/ & incenſæ/ & rui a
paſſim omni cultu derelicta ſunt. & pene omnis humani generis ſocietas con
ſumpta eſt. gaudeo itaq; quod hæc erinnys Felſineum agrum non pera/
grauerit/& infecerit. Diu bene uale mi Gaſpar amicorum optime. Ex ouiliis.

ILLVSTRI DOMINO PETRO FRANCISCO Vicecomiti Primario Ciui Mediolanenſi: Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio atq; ouiliarum dñs fœlicitatem.

SALVE omnium procerum decus & ornamentum exi/
mium mi Petre Franciſce Vicecomes. tecum congratulor:
tecum lætitiam cordis mei effundo/quod ea principis no/
ſtri optata reſtitutio iam aduenerit/ quam omnes/præſer/
tim ambo nos maxime optabamus. tu pro tua innata boni
tate/& uirtute/& primo amore/ & hæreditario ſtudio plu
rimum lætaberis. ſcio/ut quoties alloquuti ſumus/quanto
tuo candori animi affluxit optatum/quum incredibili beneuolentia ſalutem
patriæ. & nomen Sfortianæ familiæ/quæ Vicecomitum generoſis natalibus
inſerta eſt/proſequeris. Sed orandũ eſt/& numen precibus fatigandũ/ut cũ
cta/ita ſuo ordine diſponant/ut benemerẽtibus adſit pretioſa gratitudo/qua
nihil eſt ſpectabilius in regibus & in iis/quibus cõtingit imperiũ. Ego (ut de
me ipſo fateat) pene nihil mihi & familiæ meæ reſeruaui mutuando & be/
nefaciendo. uix ſuperſunt ex bonis tenues fortunæ. quod (fateor) manifeſta
inſania fuit. nam ſicut iucundum nobis fuit ſcire quid eſſet diuitiarũ copia/
ſic contra moleſtiſſimum eſt experiri quid ſit inopia. Et quamuis paupertas

Digitized by Google

grauior ſit non aſſuetis / tamen durius uidetur eſſe improborum deriſum &
petulantiam ſufferre. nam propter hoc uincor in aduerſis. ſed ciuiliter hæc ſe
ro corpore alioqui pro immortalium deorum gratia ſanus / & animo liber /
& uirtute munitior. Quod ſi mea bonitas & immenſus affectus me minorē
fecit / ſpero quandoq; eos recognoſcituros / qui benignitatem meam experti
ſunt. poſſunt ſuo modo inuidi rumpi / quod neq; ego eorum improbitate di/
mouebor. Certe in hoc maxime confido / ſi memoria non penitus ab his deci
dat / in quibus maxima eſſe debet. quæ ſi (ut ſpero) erit / non ſemper labora/
bimus. Sed tu mi Vicecomes amicorum dulciſſime / ſi Perbonum requiris /
illic nunc eſt / ubi omnis ſapiens uitam ſuauiorem capiebat. Sed ubicunq; &
quantuluſcunq; fuerit / nunquam de tui animi benignitate / de tua ſingulari
prudentia & beneuolentia qua me proſequutus es / oblitus fuero. Vale de/
cus nobilitatis & me (ut ſoles) ama. Ex ouiliis.

ILLVSTRI IACOBO FVLGORI EX COMI/ tibus Plozaſchi & Domino Scanſegiarum / Cæſareæq; maieſtatis Senatori / Aſtenſi gubernatori Inſigni & ſplendidiſſimo Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio ac oui/ liarum Dominus optime eſſe.

IVCVNDISSIMVM mihi fuit Illuſtris guber
nator / quod iis proximis diebus una cum excelſo Ni/
colao Canellarum comite neceſſario noſtro dignatus
fueris adire iuriſdictionem hanc noſtram ouiliarum ue/
nationis gratia. doleo quod abſens fuerim. conqueror q̄
tanta modeſtia uſus fueris: ut a meis uenandi licentiam
petieris / quum adeo tuæ ſim affectus nobilitati & uir/
tuti / ut in me / ac in mea omnia omne habeas imperium: ita ut ne mea quidē
uita in mea magis / quam in tua poteſtate poſita ſit. in rebus autem ſuis quili
bet ꝑ ſuo arbitrio moderator eſt / & arbiter. habebo igiť tibi gratias infinitas
ſi de cætero me rebusq; meis familiariter uteris / ut ingenui animi eſt. qui tan/
quam generoſus uenationis ſtudio delectaris. inuentio fuit Apollinis / atque
Dianæ. uenatione dum uiuerent utebantur ſæpius Chiron / Cephalus / Ca/
ſtor & Pollux / Machaon / Aeneas / & Achilles / & quam plurimi alii præſtan
tiſſimi uiri. qui in omni uirtute admirabiles fuerunt: ut diuus Maximilianus
Cæſar omnium uirtutum ſpecimen / & Menalion: qui Athalantæ nuptiis ſo
lus dignus habitus fuit / & Theſeus Græciæ totius in re militari ſummum
decus. Vlyſſes pariter / & Diomedes. quorum tanta fuit uirtus ut Troia ca/
peretur. ipſa uenationis diſciplina quammulti bello ſtrenui / cæteriſq; rebus
clari euaſerunt uenator autem oportet ut ſit agilis / ualidus / & omnino pa/
tiens / ac laboris uictor. Sint ei caſſes / retia / ſagenæ / laquei / plagæ. habeatq;
canū omnia genera. Caſtoreas ſcilicet / lupinas / & uulpinas. caſtoreæ ueloces
ſunt / & ita dicuntur a Caſtore / qui eis delectabatur præcipue. Sed gryppæ
uitandæ ſunt / quum pene ſint ſine roſtro. propterea leporē tenere nequeunt.

abiiciantur

Digitized by Google

abiiciantur deformes/quia ipſo uiſu turpes ſunt/ſtrigoſæq; quoniam a ſaltu
non facile abſiſtant(ut ſcribit Xenophon)& laboris impatientes ſunt/infir/
mæ/ tenues ac inhabiles. Item quæ natura uagis oculis grauiter incedunt/
ſunt puſillanimes/deſerunt/& ſe ſub umbris recipiūt.quæ ſagaces nō ſunt/
raro ſentiunt leporem. mollipedes/etſi magnanimæ fuerint/ labores pati nō
poſſunt:ſed præ pedum dolore deficiunt. Lupinæ ex canibus/& lupis natæ
ſunt/uulpinæ ex uulpibus/& canibus.quarum natura procedente tempore
confuſa eſt.ſunt aliquæ/quæ ubi ueſtigia deprehenderint/nihil ſignificantes
ambulant:aliæ auribus tantūmodo micant. nonnullæ auribus immotis ſum
mum caudæ uibrant.aliæ demittunt aures/ & prementes caudā diſcurrunt.
quæ omnes uenationi minime ſunt idoneæ.nec hæ/ quæ multis ambagibus
utuntur uociferantes: priuſquam leporem moueri proſpexerint. peiores &
ſunt quæ ueris falſa ſimulant.Sint igitur canes magnæ/leuia habeāt capita/
ſpinas articuloſas/ſub fronte uenoſas/elatos oculos ac perfulgidos/magnas
frontes ac latas/caua diſcrimina/breues aures ac tenues/poſteriora gracilia/
ceruices longas mollesq; ac teretes/ pectora lata/ & ab humeris non maci/
lenta/humerorum interualla parum diſtantia/anteriora crura breuia/recta/
teretia/ſolida/articulos rectos/ latera non ualde caua/ ſed coeuntia in ob/
liquū/ ſpinam carnoſa magnitudine mediocrem/ ilia non mollia ualde nec
dura/inter magna & parua/clunes obeſas/poſterius carnoſas/ ſuperius ue/
ro aptas/ interius compactas.inferiora uentris cum ipſo uentre inania/ cau/
das longas/rectas/acutas.fœmina omnino ſuras habeat longas/ teretes/ be/
ne craſſas/& poſteriora crura prioribus multo longiora/& idonea/& pedes
rotundos.nam huiuſmodi canes ſunt ſpecie agiles/habiles/celeres/alacres/
roſtroq; ualidæ.ſunt magnanimæ/duripedes/& ſagaces:optimæ erunt ſi te/
nui ac denſo/ molliq; pilo ueſtiunt.colore uero canes eſſe oportet nec peni/
tus fuluo/nec nigro/nec candido.ſi per iuga agitātur duripedes fiunt/& me
liores euadunt.uenatio autem fit æſtate uſq; ad meridiem. hyeme per ſolidū
diem.autumno ultra meridiem.uere circa ueſperū. nam hæc oportuna ſunt
tempora.earum autem canum ornatus ſunt collaria/lori/& fuſciæ.at collaria
mollia ſint & lata/ne colla canum exulcerent.procreatio uero fit/ ut uere ge
neroſam prolem generare ſufficiant. Quippe hoc anni tempus alendis cani
bus maxime conuenit. ſexaginta dierum intermiſſione edunt catulos/ qui a
genitrice propria ali debent.nam matrum lac catulis plurimum confert. ipſi
uero catuli breui nomine nuncupentur/ut facile uocari poſſint. Sunt qui di
cant nomina fluuiorū canibus impoſita prohibere ne rabie afficiantur.quod
nos Chriſtiani non approbamus.uenatio corpori bonam ualetudinem com/
parat.hinc uenator uidet/auditq; magis.ſeneſcit minus/& hæc bellum præ/
cipue inſtruit.nam ex eius diſciplina quammulti boni milites/ optimiq; Im/
peratores euaſere/quum labor ex animis turpitudinem & contumeliam ex/
pellat:multaq; probra/&flagitia prohibeat. etenim ocium omnium malorū
eſt cauſa.& econtra actio quarumcunq; uirtutum excitatrix. Diu bene uale
uir Illuſtris mi/quem pro meritis uirtutum tuarum/& uenandi/& uenatio/
nis ſtudio & amo/& colo/& ſi pluribus/ præclariſq; aliis uirtutibus præcla

Digitized by Google

tiſſimus ſis. quapropter & gratia / & auctoritate apud inclytum Cæſarem plurimum uales / ob tuam in eum obſeruantiam / & fidem ſingularem. Ex ouiliis.

MVLTVM REVERENDO PAVLO DE CAR/retto Marchioni Finalis / Cautenſiq; epiſcopo integerrimo: & Illu/ſtri Ludouico Scalampo Comiti Canellarum ac Bubii: Hiero/nymus Perbonus Inciſæ Marchio ac dominus ouiliarum fœlicitatem.

DVM hæc colligebamus de ſapientia ad Reuerendum & Illuſtrem Caracium / ſubiit imago ueſtra Reuerendiſſime Carrette / & Illuſtris Scalampe ambo lucidiſſima mihi ſy/dera. ambo amabiles / ambo dimidium meæ animæ. in nullo meliori typo potui ſapientiæ lineamẽta effingere / quam ex utriuſq; uirtutum ſpeculo. Quando reminiſcor / quantum ad ueſtra limina fortunæ impetus pulſarint / & ueſtri animi nunquam minores apparuerũt / nunquam infracti / nunquam labantes / quum in poteſtate excelſa / & in proſperis & ſecundis rebus conſtituti / & nunquam ad elationem prouecti / ſed eadem ſemper mentis tranquillitate conſtantes / & sereni: auguror profecto magnam inter ueſtra pectora reſidere ſapientiam. & ubi ſapientia eſt / ibi omnium uirtutum connexum tripudiare chorum exiſtimamus. hæc quum in ueſtris animis contem/plor / neſcio quid & latentis ſpei / & gaudii / & maioris in rebus meis incremẽti ſurgit / propterea ꝙ arctiſſimo ſanguinis uinculo uobis iunctus ſit Ludo/uicus Carrettus gener meus Marchio Spigni. prouocat me hæc neceſſitudo ad uos honorandos amandos / ac in ouiliis meis ſummopere colendos / & celebrandos. Neq; enĩ uos eſtis obſcuræ proſapiæ / ſed regiæ & Cæſareæ. quã nobilitatem uirtutibus ueſtris conſeruaſtis & auxiſtis. atque maxime in hoc dignoſci poteſt quãtus in ueſtra progenie uetus nobilitatis niteat ſplendor / ꝙ in tanta rerum occaſione / commoditate diuitiarum / ditionis amplitudine poteſtis ad mala facinora impune diuertere / & non diuertitis / & humanis cupiditatibus ſatisfacere ad ſatietatem / & non ſatisfacitis. ut multi faciunt qui obſequentes fortunæ bona habentes in omnem protuunt libidinẽ. uos eſtis uere nobiles / uere domini / qui mauultis eſſe boni quam uideri. ueſtra iſtec ueterum ſtemmata non ex diuitiis & opibus / quas abunde poſſidetis / ſuſtinere uultis / ſed excelſis uirtutibus / fidei puritate / morum integritate / iuſtitiæ uiribus / pietate & aliis. Crudelis profecto fuiſſem / ſi tantarum uirtutum ueſtrarum in ouiliis meis memoriam non poſuiſſem / ut poſtquam nobis uiuẽtibus tanta ſit beneuolentiæ neceſſitudo conſtituta / ſit nr̃is poſteris ad hanc retinendam & conſeruandam firmiſſimum exemplum. Valete fœliciter amici incomparabiles / & Hieronymum Perbonum / ut facitis / ſemper amate. Ex ouiliis.

REVE/

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRI SCIPIONI Rhotario Pontifici Aſtenſi & Comiti: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarũ Dominus plurimum bũ cupere.

REVERENDISSIME D. quantũ tibi debet Hieronymus Perbonus & Perbona familia/ habeo mihi præſcriptum non mediocre munus. tanta benignitate/ & humanitate uſus es in filium meum Franciſcum Sfortiam/ quem diis ſpirantibus ad eccleſiæ ſacerdotiũ alimus/ ut ex noſtra prole ſacra/ & diuina Chriſti religio aliquid ſortiatur. elegi hunc puerũ/ qui mihi uiſus eſt/ & ingenioli lumine elucere/ & innatæ bonitatis indole præſtare. eſt id auſpicacius ſub tuo ſancto/ & uenerabili brachio/ quod mihi optatiſſimũ fuit: ut tantus uenerabilis Epiſcopus hæc primitus plantarit initia. habeo diis immortalibus gratias/ ꝙ contingerit tuis id fieri auſpiciis. qui es in hac prouincia uelut ſpectarum lumen. qui ueram epiſcopi repreſentas normam ſpeculando/ admonendo/ iuuando/ ut quos tibi faciam perſimiles hoc ſæculo habeam paucos. neq; nunc cõmemoro tuæ familiæ Rhotariæ illam illuſtrem nobilitatem/ morum præclara facinora: ſed tuæ uitæ ſanctiſſimos mores/ doctrinã eximiam/ humanitatem incomparabilem/ quæ te uerũ Epiſcopum faciunt. decoraſti filium meum clericali dignitate. & poſtquã initiatum primordiis diuino afflatus numine reſpiciens uaticinatus es in eccleſia Dei uirum inſignem euaſurum. quod a tanto/ & tam ſancto uiro id prolatum pro bono accipimus omine. ſunt enĩ Epiſcopi ſanctorum ueterũ loco/ & Apoſtolorum uices exercent. quod ita nos ſperamus/ non ut uaſto/ & immoderato beneficiorum prouẽtu excellat: ſatis Deo iuuante habemus/ quo nobilitatem noſtram ſuſtinere poterimus: ſed uirtutibus & egregia morum ſanctitate/ doctrina emineat. hoc eſt in uotis. tibi uero Reuerendiſſime Domine perſuade/ quicquid poterit Perbonus pro dignitate/ & pro honore tuæ reuerendiſſimæ amplitudinis/ habiturum in omni fortuna paratum/ & obuium. uale/ & me digneris amare/ ſicut nos omnes tuum colimus nomen & ueneramur. ex ouiliis noſtris.

ILLVSTRI SENATORI LVDOVICO PIOLAE Patricio Mediolanenſi & Iureconſulto ſapientiſſimo: Hieronymus Perbonus Inciſæ Marchio bene eſſe.

SVAVISSIME mi Ludouice Piola/ qui es à natura ſtudioſus/ cuiq; colere amicos iucundum eſſe uidetur/ neq; utile in hoc expetis/ ut multi nunc faciunt. qui mos prope diuinus eſt. nam decens eſt/ ꝙ homo homini ſit ſalus. & ſolatium. imo nobis aliquando demere/ & aliis addere conuenit/ ut humanitatis & benignitatis officium eſt: quod ſæpe beneficiorũ uiciſſitudine penſatur/ uel ſaltem ipſa benefacti conſcientia/ ac

recordatione/charitatis/ac beneuolentiæ/quibus benefeceris uoluptatem afferr. animo.& omnino uicem rependet Deus.profecto ea optima dulcedo eſt honeſtæ uoluptatis/ſi amico tuo benefeceris.& ipſa/quam ueri contẽplatio peperit/ſuauis eſt bñ actæ uitæ memoria/& ſpes nõ dubia futuri boni.at crudele eſt quemq̄ deſeri ab amico/quum maxime egeat auxilio.te quidem amicorum omnium optimum re ipſa demonſtraſti/quum Perbonũ tuum ſaluum feceris etiam tuo euidẽtiſſimo cum periculo/& uitæ ipſius diſcrimine.uir in omni doctrina excellens/media inter arma furentia barbarorum amicũ perducens in turum.certe hominem homini natura cõciliat. Tibi maior mutuæ beneuolentiæ noſtræ laudis ac famæ conſequendæ cura fuit/q̄ uitandi periculi. quæ ingens periculi magnitudo beneficiorũ mole per me compenſari deberet.ita facit a natura quilibet generoſus/qui ab humanæ nobilis naturæ dignitate non degenerans exiſtimat tam uilem non eſſe habendam uitam/ut temere illam prodigamus.neq; tam improbe charam/ut quum honeſtas ponendam in periculis ſuadeat/turpiter conſeruanda ſit. Aduerſus me igitur uideris tuo iure ſtomachari/ꝙ per tantum temporis a te officioſiſſime cultus/& obſeruatus fuerim/& tamen me erga te tam ingratum præbuerim/ut ſolus inter omnes amicos reliquos meos ex omnibus præteritis in iis noſtris ouiliis numeratus non fueris Iureconſultus ſapientia tua/doctrinaq; legali reuerendus omnibus/quiq; uir eruditus ac prudens in illo Genuæ præturæ magiſtratu/& Cremonæ ita te geſſiſti/ut tuis doctrinæ/iuſtitiæ/ac probitatis ornamentis/cæteriſq; uirtutibus plurimum ſplendoris ac dignitatis ampliſſimis illis magiſtratibus addideris.in ipſis ſumma cum laude uerſatus tum prudentiæ/tum integritatis. prudenter pene inuitum Princeps noſter te ſenatorem conſtituit.nam ad ſenatoriam dignitatem non ſufficit mediocribus eſſe uirtutibus.nec alii exiſtimandi ſunt ad Rempub.gubernandam idonei/q̄ qui ad eam nolentes protrahuntur.licet ita nunc impudenter ambiantur dignitates/ut pene inuiti principes indignos conſtituant cæcitatis ambitione obuoluti.recte tu electus es/in quo eſt ſumma eruditio/abſoluta rerũ diuinarum peritia/multifaria doctrina/mira probitas/raraq; fœlicitas.nam recte ſcis in commune bonum conſulere.ita tuis uotis ubiq; adſit cœleſte auxilium.ex ouiliis.

EXCELLENTISSIMO RENATO TRIVVLTIO Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ diu bene eſſe.

MIHI ipſi gaudeo ꝙ prudentiam amplectaris Triuultii ſtemmatis decus Renate mi eminentiſſime continuo bonatũ diſciplinarũ ſtudio. uides enim ꝙ rudis/ignauuſq; homo naſcitur/habens tamen animũ a ratione minime alienum. tu perquiris rerũ cognitionem. cauſaſq; earum/ac rationẽ intelligendi/ſciendiq; maxime cupidus es/& ſtudioſiſſimus: & tibi eſt exoptatio laudatiſſima/ſupremumq; in modũ ſpectanda.quæ perficit natura/inſtitu-

tione/

tione/ac Dei dono/& munere.oſtendis uir Illuſtris nos poſſe uirtutes ſimul
& diuitias poſſidere.licet Crates Theban⁹/ ut liberior ſtudiis incūberet:nec
ſibi/nec aliis recte confidēs magnū auri pōdus abiecerit. mihi eteni ſanius ui
detur iudiciū Nabatei. q patrimoniū diminuentē dānabat.augenti præmiū
ꝓponebat.propterea tu tanq̄ ſapientior in ouiliis nr̄is inter prudentiores con
numeraris.bene & recte ualeas.ex ouiliis noſtris.

PRAESTANTISSIMO CIVIZANO MAN/ tuano Patricio:Hieronymus P.Marchio Inciſæ optime eſſe.

AVDIO Ciuizane mi quanto rerum apparatu tuus illuſtriſſi/
mus princeps Imperatorē Carolū Romanorū ſereniſſ.receperit.
gaudeo me hercle/& tecū ſummopere gratulor.q unus es ex pau
cis apud Mantuanū heroē ſapientiſſ. non eni hæc oia ita exacte/
ita decore/ita magnifice inſtrui poſſunt ſine prudentū perſpicacia . ſane qſq;
optimus de hoc magna pōt affici uoluptate/ ꝙ ea priſtina Romanorū uirt⁹
adhuc in aliqua Italiæ parte remaneat.nō ſolū æqualis/ſed maior.merito pri/
ceps illuſtriorē cognominationē tituli adept⁹ eſt dux fact⁹ nō minor cæteris
aliis/q per orbē illuſtrant . nō minor etiā ueteribus/&animi magnitudine &
hoſpitalitate/& liberalitate/&magnificentia.q̄ uirtutes quū cœlū tangāt:nō
mirū eſt ſi ab aſtris oēm fauorē habeat/imperiū/dignitates/ exercitū uicto/
rioſum/imortalis nominis gloriā p totum orbē.& nunc natales diis ſpectan/
tibus filii unigeniti.cuius natiuitate nō ſolū oēs amici exciti ſunt gaudio/ ſed
tota Italia/& Pontifex M.& reges/& Reſp.erit numine operante nō ſolum
puer hic Iunonius/& diuus paterni ſplendoris hæres/ſed Latini nominis cō
ſeruator/& Romanæ uirtutis ꝓpagator.eā ob rem/& ſi ego in receſſu mea
rum ouiliarū reſideā ſemotus a publicis rebus/iam & in iis meis cōtemplan
dis/uolui uelut e ſpeculo id audiēs tecū congratularier . q mihi amiciſſimus
ob tuam bonitatem ſemper extitiſti.bene uale.& eam integritatē uitæ/quam
ſemper per omnem ætatis ductum habuiſti/conſerua inuiolatam . & me/ ut
ſolitus es ama.ex noſtris ouiliis.

ILLVSTRI DVCALI SENATORI EQVITI SPLEN didiſſimo Iacobo Triuultio:Hieron.P.dn̄s ouiliarū fœlicitatem

NISI in ouiliis noſtris celebreris humaniſſ.eques/uereor ne in/
iuriæ nota afficiar.qui hoim diuerſos mores/ ac uarias conditio
nes prudenter metiris.qui uerā equeſtrē dignitatē ſuſtines. q ue
ram fœlicitatē expetis & non uanam. etſi fortuna ſæpius te taxa
uerit/atrociusq; uſſerit/ nō tn̄ turbauit. ita ut eius ictibus nullo modo miſer
fieri potueris.diuinarū humanarumq; naturas conſiderando/fallacis fortu/
næ inconſtantiā/& oia naturæ archana ingenio tuo ſubiiciens. profecto non
falleris/nec in illis rebus negocia tractas/quæ ad hæc infima uergū t:ſed præ
te fers animi tui & familæ tuæ generoſitatē/& fortitudinē inſuperabilē ſum/
ma cum tolerantia rerum/ quæ in aduerſis contingere ſolent . magnus ſane

Digitized by Google

& uetus eques es.nec tibi quid unq̄ accidere potuit/quod te à bene agendo
uel repellere/uel impedire potuerit.ita firma tibi/ac ſolida uirtus eſt/ut ſi Aet
næ montis onus incendiumq; ſuum tuis imponeretur humeris/nō ſuccum/
beres.nam quæcunq; aduerſa tibi euenere/ſiue uertere ſolum contigerit/ ſi/
ue fata natorum acerba pati/ſiue fortunarū diſpendia ſpectare/non plus ege
re q̄ quod te omnibus inſuperabilem expreſſerint. uetus profecto heros/ &
R omanæ conſtantiæ repræſentator/unde originē trahitis . nam in tot malis
urgentibus/& undiq; incurſantibus/generoſitatis tuæ/ atq; fortitudinis lu/
men clariſſimum/tanq̄ ſol profundiſſimus/ac lucidiſſimus adeo ſe oſtendit:
ut in nulla uirtute ab aliis Inſubriæ proceribus uinci te patiaris. externa hæc
bona tantum ea ratione cupis/ut recte illis in publicis priuatisq; commodi/
tatibus honeſte utaris.uale ergo fœliciter mi illuſtris eques/& hunc locum/
quem in ouiliis noſtris tuæ claritudini dedicatum uolumus/non dedigneris
etiam atq; etiam rogamus.ex ouiliis.

EXCELLENTISSIMO IVRECONSVLTO HIE/ronymo de Nouate ex ſtemmate Medices: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarum dn̄s quamplurimum bene eſſe.

HIERONYME mi Nouate nobis hilaris ac feſtiuus ce/
curris amicus.de mutuo uero amore noſtro/ac pari bn̄uo
lentia quis integræ mentis dubitat? nam ego quidem cum
bona uenia aliorum amicorū Hieronymū præter omnes
mortales uehementer amo. nos de religione noſtra catho
lica ſcripſimus ad ſanctiſs. Pontificē.non de illa/ qua uete
res ſine ſenſu illos deos uenerabant/quos ſine erubeſcen
tia non uerebantur aſſerere propter egeſtatē lateres compoſuiſſe pro Troiæ
conſtruendis mœnibus / quibus adhuc Phryges debent de ſumma plus q̄
triginta drachmarum Troiani numiſmatis/ ut refert Lucianus ſummus au/
ctor antiquæ ueritatis.qui etiam refert Saturnum deuoraſſe filios/ & Iouem
a Capella nutrice fuiſſe alitum.qui expulſo patre cœleſti imperio potitus eſt
accepta Iunone germana in uxorem.quiq; in amore propenſus / atq; in Ve/
nerem effuſus facile cœlum liberis expleuerit.plures formas aſſumens/ auri
ſcilicet/Tauri/Cygni/ aut Aquilæ gratia Ganymedis . qui nec conceptum
etiam Vulcanum progenuit/non fortunatum / ſed excuſſorem/ ac fabrum
ærariū/ignitum ac ſcintillis oppletū/pedibusq; nō integris claudicantē . ſa/
na tn̄ fuit ratio/ſi Rheam matrē deorū adorabant/quæ anus & ætate exacta
adhuc pulchros pueros adamabat/eosq; zelotypa proſequebat ipſum amā
tem leonibus ſecum circonuectans.iſtis deis attribuerunt montes / aues/ ac
lucos:ſuam cuiq; arborē aſſignando . aliqui autē Iouem pingebant arietino
uultu/ Mercuriū facie canina / Panem totum hircū/Ibim crocodilum/ aut
ſimiam.& in promptu ratio/ac iuſta ſubeſt cauſa.nam quum ipſi dii Gigan/
tes formidarent:præ formidine alius hircum induit/alius arietē/alius feram/
alius auem.propterea eas obtinebant formas.quasid temporis aſſumpſerāt.

Digitized by Google

Ipſe deus deorum Iupiter parum prudens fuit/qui ſe in arietem transforma
uit/& a Briareo captus uix ſemiuſtus deuoratus fuit. Sed profecto Apis ue
neratione non erat indignus/utpote uenerabilior ex armento reliquis grega/
riis bobus. Endimion trahebat e cœlo lunam/ & aurora tardius fulgebat ſe/
nem ſuũ fouẽs Tithonẽ. Mars & Venus arte fabri cathenis illaqueati ſunt:
& a Phœbo proditi in manifeſto comprehenſi adulterio. nequitia nõ deerat
Syleno ſeni. Fauniq; ac Satyri ſalaces erant. impudicus Priapus inguina nõ
tecta/ſed omni tempore habebat aperta. dum dormiret Lothis in humo her
boſa/& dum ſua fœlici cœperat ire uia/reiectus omnibus ad lunæ lumina ri
ſus erat. nõ ſunt referenda quæ inter pocula ab aliis diis ſunt acta / quũ hæc
magis oporteat obliuioni tradere/& Baccho auctori imputare. nõ eñi eſt ho
minis bene morati eiuſmodi adamuſſim exquirere. nam etiam odimus me/
morem compotatorem/qui pridianam diſſipat temulentiam. nec quid certi
referre poteſt/qui non ordine ſpectauit illa. non eſt itaq; mirum ſi eorum He
raclytus ridebat/& Democritus deplorabat inſcitiam: Sed iam ualeant nu/
gæ/& tu mi Hieronyme ueræ religionis cultor tuum Hieronymum Perbo
num/ut facis ama. ex ouiliis.

MAGNIFICO ET CLARISSIMO IVRECON/ſulto Bartholomeo de Prato: Hieronymus Perbonus Marchio & dominus ouiliarum fœliciter eſſe.

BARTHOLOMEE mi / cui gratus non es/ cui non
amaris/& coleris/ſane is aut ſcopulus aſper/& durus/
aut periculoſa eſt ſyrtis/aut ſaxo natus/aut ſæuior Hyr
cana tigride. tuus iucundus aſpectus / frons læta / ſer/
mones ſuauiſſimi ita ad amandum alliciũt cunctos ocu
los/ut etiã qui tecum cõmercium nõ habent/ te cogan
tur amare. ſic profecto meref uirtus animi tui ſublimis/
& mores ſanctiſſimi/ & iuſtitiæ tenor/& inuiolata religio. congeſſit in te na/
tura quodcunq; prætenſum habet. uires ualidas etiam in ſenectute/ ingeniũ
prõptum. doctrinã ſingularem/ſolertiam/uiuaces ſenſus. fortuna uero ita ſe
tui amantiſſimã profeſſa eſt/ut multa/&magna tibi contigerint/quæ aliis ad
uerſo ſupercilio denegarit. gaude ergo ſydere tuo/& ita gaude/ut amicis / &
iis qui te intimo gerũt pectore/adſis/& faueas. nos qui male fortunati ſumus
& continuis litium diſpendiis fruſtramur / haud longe a littore explicamus
uela. lætamur tñ quum amicorum nauim fœliciſſimis agi uentis procul ſpe/
ctamus. & optamus pro amicis / poſtquam paſſim noſtra ob ingratitudinis
uitium cecidere uota. tantum mihi pluſcula hæc ſuperſunt actomata/ quib?
in ouiliis meis delector. grauis alioquin & ætate / & multitudine filiorũ non
unis diſtrahor curis. at tu pro tua humanitate/pro tui ingenii uirtute/ ꝑ qua
tantopere ab omnibus amaris/dignare iis noſtris conſedere ouiliis/ & eas ſa
pientiſſima doctrina tua tueri. quod ſi feceris/ſi Perbonum tuum amaueris/
ſi ab iniuſtorum defenſaueris iniuriis/ſublimi feriam uertice ſydera. uale au/
rex Parmæ decus/& me ama. ex ouiliis noſtris.

Digitized by Google

EXCELLENTI IVRECONSVLTO ALOYSIO Claro Ducalis ſiſci primario Aduocato Hieronymus Petbonus Inciſæ Marchio & Ouiliarum dominus bene eſſe.

INTEGERRIME mi Aloyſi/qui es iuriſcõſultorũ omniũ ſapientiſſimus/iuſtiſſimus/ & prudentiſſimus/ ac oratorum eloquẽtiſſimus in omni uirtutis genere a prima ætate recte/ & honeſte educatus: probe ſcis qđ magnificum eſt/& ad fortitudinem tendit uirile dicendum eſt/& honeſtum quod eſt iuſtum. nam iucunditatis/ & infortunii ꝑ conſuetudine humana par ratio eſt. grauitatis/& temperãtiæ ratio impat. & ſcribimus hæc celeberrime iurẽconſulte/quia in cauſa datiaria plus iuſto/& æquo nobis cõtrarius extitiſti. quum patriæ ita fauendum ſit/ne cuipiam iniuriã faciamus. uolui tamen in noſtris te cõſedere ouiliis/qui rogatus tuo fungeris magiſtratu. uirtute namq; ambire licet non fautoribus. ſat fautorũ habet ſemper/qui recte facit. fac ut de cætero ouilias nr̃as pro iuſtitia tuearis. & diu bene uale. ex ouiliis.

INTEGERRIMO DVCALI SENATORI Ioanni Maſſonærio Hieronymus Petbonus Marchio fælicitatem.

AD Reuerendiſſimum Senatũ/& ad noſtrũ iuſtiſſimum principem hyemali hoc tempore/in hac mea ætate ſenili Ioannes mi ſuauiſſime plurimæ me urgent cauſæ. ſed ea imprimis/q; inuidi/ & praui homines me etiam in dilecto uico meo quieſcere non permittunt. opinabar autem liuorem nõ excedere limites imperatorios/regios/aut ducales/ in quibus diu uerſati ſumus. ſed aduerſæ res/ ſi me non ſapientiorem/me tamen magis cautum reddidere. nam uita a me inſtituta eſt ſalubri/ac moderato cultu/atq; uictu in ouiliis meis quieti indulgere. in ea parte animi/in qua eſt ratio excitata/& recta ſaturataq; bonarum cogitationum epulis. & ad meipſum cognoſcendum cõuerſus. nulla inopia ſum preſſus animi. ſed uera uoluptate fruor/& ob eam maxime quieſco. me tamen angit: q; hæc optata quies ab inuidiæ aculeis perturbať. curaui ꝑ uiribus ne cum inſanis contenderem. nam aſini/qui mulos generant/per uias progredi conſueſcunt: ut in obuium quemq; impetum faciant. ſed iuſtitiæ ſcipione opus eſt. eo ut utaris rogamus merito ab Illuſtriſſimo principe ſenatorio ordine decoratus. nam magiſtratus dandi ſunt hominibus magiſtratuum minime cupidis. quorũ uita ſit melior magiſtratu. bene uale. ex ouiliis noſtris.

MVLTVM MAGNIFICO IVLIO VIVSTINO Senatori integerrimo Hieronymus Perbonus ſalutem.

CONTENDI ſæpe mecũ ſenator Illuſt.dũ fama tantũ mihi notus eſſes/& paterna uirtute/tua ipſa uirtute potius/an fortũa prævaluiſſes/& maioribus præluxiſſes. quum tibi poſtea propius acceſſiſſem/cognoui & famam præſentiæ/& uirtuti fortunã cedere/a longeq̃; cõmitari. quæ enim probo cuicunq; uiro maxime conueniunt/ſapiẽtiæ/iuſtitiæ/atq; prudẽtiæ moderamina tecum/tuiſq; omnibus in actionibus continue uerſantur.aliquid enim ſemper excellẽtiſſimo tuo ingenio moliris memorabile/& amicis proficuũ. Ego neq; inuidebo/neq; imitabor.alterum enim improbiſſimi uiri eſt.alterum debili nõ conuenit.at curabo totis uiribus/ut cognoſcas omni meo animo/omni affectu/amore/& obſeruantia erga te mihi neminem anteferri. tu quoq; effice ut indies tibi plurimum debeam. & ut noſtris ouiliis exornaris:ita iuribus ouiliarum faueas.Ex ouiliis.

VNI EX PAVCIS IVRECONSVLTO DAVID Vultolino Hieronymus P.Ouiliarum dominus fœlicitet eſſe.

PLVRIMVM Fœlix/& ſaluus ſis ſapiẽtiſſime mi David Vultoline.& dii perdant perfidiã inuidorũ/& illud lepidum caput/quod omnium bonorum uirtuti/ac ingenio inuidet.eo maxime q̃ ſuis calumniis ab adminiſtratione reipublicæ te optimum uirũ repulerit/quũ tamen nõ magis ocioſus ſis.procliuis enim es ad procreationẽ eorum filiorum:quales lycurgus Lacedæmoniis reliquit Lacedæmoniæ/ac totius pene Græciæ conſeruatores. & uti Solon/& alii per multi,qui multa/atq; præclara opera fecerunt. lætetur tua mens conſcia recti.non ignotas/q̃ mores/conſuetudines/opiniones/uoluptates/& dolores permutantur.neq; quicq̃ ex iſtis idem/& ſimile perſeuerat/ſed priora abolentur.noua ſuccedunt.Perbonus tuus in hoc receſſu ſuo ouiliarum cũ dilecta uxore/& charis filiis geniale uitam ducit ſibi uiuens/ac præluſtria uitans.ſtudio animum/uenatu corpus exerceo procul ab aſpectu inuidorum.qui/tanq̃ mulier menſtrua pat ens/mortales faſcinat.bene uale.& in ouiliis noſtris perpetuo uiue.Ex ouiliis.

ILLVSTRI ET EXCELSO COMITI ALEXANdro Sfortiæ Hieronymus Perbonus Marchio bene eſſe.

VITA Noſtra comes illuſtris/ꝑter cæteras/quas patitur calamitates/aut contemptui/aut inuidiæ ſemper fuit obnoxia.cæterum contemni extremæ ipſe iudico miſeriæ. inuideri autem parum tutæ conditionis.nam ii qui bono inſidiãtur alieno/eos quibus inuident/lædendi ſemper quærunt occaſionem.horum utrum nobis immineat uitium/non ſatis liquet.ſi negligor/patior ſolus.ſi inuidiam ſuſtineo hic magis maleuolorũ aculeos timere debeo/q̃ qui

Digitized by Google

me amāt/ prius nō deſiſtant/q̄ de pōte(ut aiunt)nos deſeruerint .huic igiť
malo/anteq̄ ſcopum attingat/ occurrere/tuæ ſapientiæ/& humanitatis erit
munus.da igitur operā/& pro tua mira iuuandi mortalibus cupiditate uigi/
la/elabora / & perfice una tuis cum filiis doctiſſimis / ne hæ noſtræ ouiliæ
ab inuidis lacerentur.quas ita benigne/ita humaniter in tuum ſuſcepiſti pa/
trocinium:ne in luto deſerātur.præſertim quum te lateat minus apud patro
nos clientibus ſecūdum eſſe locū . quare mecū age pro uirili ne hoc opus/
quod tantarum uigiliarum labore perfecimus/paucorum pereat malignita/
te.id quo pacto ſit agendum/tu qui cætera tua prudentia cognoſcis/recte ui
debis.uale meum præſidium/& decus.meq; tui/ac tuæ Illuſtriſſimæ Sfor/
tianæ familiæ obſeruantiſſimum/ac amantiſſimum/ut ſoles/dilige/ac ouili/
as ab improbis defende.ex ouiliis.

ILLVSTRI SENATORI/AC IVRECONSVLTO Sapientiſſimo Andreæ alciato Hieronymus Perbonus fœliciter eſſe.

TV A Efficit uirtus ſingularis inter omnes Iuteconſul/
tos ſydus fulgentiſſimum:& Mediolanenſis patriæ de
cus eximium mi Alciate amicorum optime/ut nomen
tuum imortale per omnes mundi partes/& celebre ſit/
& admirabile.hac tui ingenii excellentia Pontifex ui/
ctus te ſponte multis ornauit priuilegiis . Cæſar te im/
perii magiſtratibus habere cupit/ & ambit.magnani/
mus Galliarum Rex ſtipendiis pene nemini hactenus
præſtitis proſequutus eſt.ipſe dux noſter Illuſtriſſimus te colit/obſeruat/&
amat:& ſimul ſenatorii ordinis proceres/& totus ſenatus Mediolañ. te ſena
torē famigeratū ꝓmulgarūt/& habēt. ꝑfecto quāta ſit hæc uirtus tua/teſtes
ſunt gymnaſii Ticinenſis limina.teſtis & amicorū caterua/q in tuo patroci/
nio confidūt. in primis ego / qui & in ſenatu pro cauſis meis opera tua egeo:
& Papiæ/ut filii lateri tuo dies/nocteſq; aſſidere/& in theſauros ſcientiæ tuæ
penetrare/& tua beneuolentia frui poſſint.poſtremū illud gaudeo / ꝙ opus
noſtrum ouiliarum a tanto uiro tantopere comprobetur.id mihi non minus
exiſtimari debet/q̄ magni Phœbi/& diuino carmine Lini iudicium ſit.diu be
ne uale ſæculi noſtri & Inſubriæ ornamentum.Ex ouiliis noſtris.

FINIS.

Digitized by Google

Hieronymi Perboni Marchionis
Epiſtolarũ Liber Quartus Ad
Gariam Cardinalẽ: ⁊ Ad Re-
uerendiſſ. Archiepiſcopum
Tholodi: Ac Ad Excellen
tiſſimum Priorem Ca-
ſtiliae: ⁊ Ad Reue-
rendiſſimũ Ue-
rulanum.

Reuerendiſſimo Ac Religioſiſſimo Gariae Cardinali Tituli ſanctae Suſannae Oxonienſis Caeſaris animi excultori Hieronymus Perbonus foeliciter eſſe.

MERITO Sacra/& diuina religioſis/diuiniſq; uiris
dedicantur. maxime igitur noſtras has elucubrationes
tibi conuenire arbitror reuerēdiſſime antiſtes propter
conſimilem una mecum naturalem obſeruantiam erga
diuum Carolum Cæſarem/quum & in te mens ipſa
uigeat bona/inſitq; innatum acumen ad rerū cogno/
ſcendas naturas/atq; ad uitæ/tum publicæ/tum pri/
uatæ adminiſtrationem. quiq; cito/& ſolerter præter
alios diſciplinarum/cognitionumq; præcepta facile percipis/ penetrasq; ſo/
lertia tui animi ad ſecreta naturæ ita/ut te ſummū in modum admiremur/
& dono dei immortalis talem Intelligentiam tibi conceſſam magna cum ex/
cellentia iudicamus/Ita cardinea dignitate ob uirtutis tuæ merita inſignitus
es. Equidem ſapit inuictus Cæſar/qui te diligit/qui te amat/qui te auctorita
te/& dignitatibus exornat. ſumma profecto fuit Caroli ſemper Auguſti pro
uidentia: qui talem/tantumq; uirum ad curam animi ſui elegit. nam ſi nobis
præcipua cura eſt peritos/Idoneosq; medicos pro cura corporis/& eius bo
na ualetudine adhibere/quod & terreum eſt:& mortale & omnino in Cine/
rem reuerſurum/quanto magis omni cura/& induſtria/& præueſtigatione
procurandum eſt/ut animus noſter ab Integerrimo & puriſſimo bene exco
lendus/curandus/purgādus ue ſit: qui Immortalis eſt/& uili Corpore præ
tioſior/ut tandem ad eum/cuius pars eſt/purus & ſine labe euolare & redi
re ualeat/& ſua perpetuo beatitudine perfrui. Teneris ſapiētiſſime antiſtes
ei conſulere/ut pace inita cū omnibus Chriſtianis Principibus ampliſſimas
uires ſuas dirigat aduerſus Turcas. nec dedigneris operam nauare/ne ipſe
Cæſar Inclytus patiatur me opprimi de Inciſæ marchionatu/ne bene conſu
lendo deficias/& eius honori. & animæ ſaluti. perpetuo te fœlicē optamus.
Ex ouiliis.

REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO
Tholedi Hieronymus. P. Marchio Inciſæ fœlicitatem.

IVRE Fieret naturæ/& rationis impulſu Tholedane pontifex
maxime/ſi quem dei munere accepimus/animū ſcilicet immor/
talem/in eum potiſſimum noſtram omnem induſtriam contuliſ
ſemus. facile tunc bonum/quod nobis propoſitū eſt/conſeque/

Digitized by Google

temur.non enim ea uera bona ſunt/quæ pleriq; admirantur/diuitiæ/magi/
ſtratus/regna/atq; imperia. ſiquidem breui tempore labuntur e manibus/
atq; ex oculis euaneſcunt.attamen ſi quis recte/beneq; illis utatur/profecto
non errabit/ſi ea uelut momentanea palpat.uera bona/ueraq; gloria genero/
ſi uiri eſt habere negocia cum diis immortalibus. nam immortalem immorta
lia decent.humana autem gloria ex benefactis reſultat. hanc niſi homines ex
optaſſent præclari/quicquam non legeremus magnifice geſtum/aut dictũ
ſapienter/non conſcriptas hiſtorias/nõ modulata poemata.decet autẽ eum/
qui res maximas gerit/ut immortalem gloriam conſequatur.parit eam pleno
utero prudentia/quæ cunctis rebus dominatur/quæ cæteris uirtutibus ue/
rum nomen imprimit.Natura enim fit/ut prudentia prius intelligamus/de/
inde agamus.te prudentem omnes merito dicunt/qui bene diligenter/utili
ter/& perfecte bono publico/rebusq; tuis ſingulis e partibus conſulis. quæ
in te uiro religioſiſſimo maxime conſiſtit. qui animam a delictis erga Deũ/
& homines conſeruas intemeratã/dignus conſuetudine catholici Cæſaris.
qui moribus & fortuna Cyro Perſarum regi optimo ſimilis eſt. qui nec unq̃
comedebat niſi prius diis immortalibus libaſſet. eiq; dabat primores eſcas:
qui maxime indigeret.at qui cum eo conuerſabantur/optimi principis exem
plo admoniti ita faciebant.Nolui igitur in iis noſtris ouiliis tanti præſidis glo
riam præterire/qui ab uſq; puero uirtutem exercueris uir illuſtris/& inter
Hiſpanos Antiſtites in honoribus diuinis primarius.tu quoque pro uiribus
operam da/ut iuſtiſſimus Cæſar/quæ & auus & ipſe mihi conceſſere(ut pat
eſt)manuteneant. Aduerſarii enim ſuperiores ſunt fauore in hoc Marchio/
natu Inciſæ.nos uero iuſtitia.ſed ſat fautorum habet apud iuſtum principem
qui rectam fouet cauſam.Sic fœlix Neſtoreos annos uideas.ex ouiliis.

EMINENTISSIMO PRIORI CASTILIAE:
Hieronymus Perbonus multum bene eſſe.

QVICQ VID ipſi facimus uir eminentiſſime/aut loqui/
mur:per ſe ipſum non eſt honeſtum. ſed noſtra ipſa actio
quid honeſtũ/quid turpe ſit oſtendit.nec factum aliquod
turpe eſt/quantum eſt in eo/nec magnificum. ſed ſi quid
recte fit/qui facit iuſtus/& rectus habetur.Sin parum re/
cte/aut turpe faciens/malus iudicatur.Ita in uariis diuer/
ſiſq; locis comperio uir digniſſime.& unus es inter pau/
cos/qui dum perquirimus/qui & nunc uiuũt/& ſuperioribus temporibus
floruerunt Græci ſimul atq; Romani:uiri uel ingenio/uel uirtutis nobilita/
te inſignes.quorum numero pene omnium fama tu ipſe aggregaris. quæ mi
nime falſa eſt.nam prudentia intelligentem animæ uim atq; excellentiam tibi
tribuit in temperandis affectibus/quæ dirigit/diſpenſat/componitq; actio/
nes tuas.& præmonſtrat(ueluti dux/quocunq; iter intendis) quæ uitanda
ſunt/& quæ ſunt amplectenda/quæue reiicienda. uoluntatem cõpeſcit/ele/
ctiones tuas moderatur.& ad recte agendum oportuna te docet. & demum

Digitized by Google

a d numen omnino refert quaſcunq; tuas actiones . idcirco certiſſima nobis ſpes eſt/te affuturum iuribus noſtris in marchionatu Inciſæ.cauſam ex preci bus noſtris ad iuſtiſſimum Carolum Cæſarem percipies . ſic te incolumem optimus & maximus Deus ultra Neſtoreos annos faciat.ex ouiliis.

REVERENDISSIMO ENNIO PHILONAR/ do Verulano Sanctiſſimi D.D.noſtri Legato ſapientiſſimo apud fortiſſimos Eluetios:Hieronymus Perbonus Marchio Inci/ ſæ ac dominus ouiliarum fœlicitatem.

TVA uirtus Reuerendiſſime Verulane/ & Latini no/ minis decus/& ornamentum/ tui inculpatiſſimi mores & ſapientia / & rerum agendarum mirifica ſolertia/non permittunt animum tui Perboni de te obliuiſci. & licet iam peroſo uitæ peracto inanes labores meminiſſe / ta/ men proderit illa tua & ſancta colloquia/ nedum prædi xiſſe hæc tot & tāta quæ paſſi ſumus mala/ ſed adamuſ ſim depinxiſſe uelut pēnicillo . Q uoties hos in Italia uideo dirutos uicos/ exuſta phana/ deſolatos agros/ incultaq; arua/nullibi pecora/non colonos/ fando lachrymas effundo tuorum uerborum non immemor: & quo dici po teſt nihil improbius:militum ſæuitia. Cogebant primarios nobiles ipſis inſer uire/ & ad arbitrium uxores & filios adeſſe . Vidimus ſæculo hoc Italici & & Gothos/& Vandalos/& nouos Attilas/& Totilas/& ſæuiſſimos Acce/ linos.& ſi quid dici poteſt peius/ uidimus ſcelerum omnium magiſtrum mi litem Italum.& in tanto rerum incendio nouas hæreſes/ quæ undiq; ita mor talium pectora dubitatione pulſabant/ut in omne nefas proruerint . his per/ turbata Reſpub . Chriſtiana ratus immaniſſimus fidei noſtræ hoſtis poſſe omnia pedibus ſuis conculcare cum ingentibus copiis in Pannoniam uenit. ſed neq; permiſit Deus illum conſequi/ quæ optabat fretus alioquin Luthe/ ranorum minis/qui parati erant & ipſi in Italiam irruere. Vſa eſt diuina maie ſtas tui ingenii ſapientia/qui ita cum ſumma prudentia illos quinque pagos Eluetiorū ad obſequiū catholicæ fidei uſq; adeo paratos & prōptos retinni/ ſti/ut nō ſemel illorū exercitus armis/& explicatis ſignis fregerint. quod niſi tua obſtitiſſet ſapientia/nunc nō ſolum Inſubria/ſed Aemilia/ Hetturia/La tium/Roma/&tota Italia eſſet eorum inſania conculcata. Vide reuerendiſſ. domine quantū Clemens Pontifex/quantum Cardinei patres/ quantum to ta religio Chriſtiana debet tibi.Sed huic tui ingenii ſublimitati merita / quæ æquari poſſint/nō puto reperiri.abibit pontificia illa maieſtas in maximā in/ gratitudinem/niſi ob tantam prouidentiam tuum diuinū caput punicea lau ru decorabit.ſperamus nos in ouiliis noſtris / in quibus toties nomen tuum celebratum eſt/te quandoq; decoratum non unis ſtatuis proſpectare. Ita ſin gulares uirtutes tuæ. ita uetus noſtra amicitia expoſtulat . ita tua merita pro Repub.Chriſtiana expetunt. Vale reuerendiſſ.domine/& tuum Hierony/ mum P.ita redama/ut ſolitus es ꝓ tua excellenti humanitate.ex ouiliis nřis.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DIVINI IVRIS ET
humani Monarchæ Franciſco Curtio Senatori ſapientiſſimo Pri/
mam cathedram tenenti in achademia Patauina Affini
optimo: Hieronymus Petbonus Inciſæ
Marchio bene eſſe.

CVRTIAE familiæ decus/qui ſtemma a ueterum Ro/
manorum ſplendore trahis/qui non ſinis ſæculum no/
ſtrum tuis uirtutibus/& ingenii dotibus tantillum au/
reis illis ſæculis cedere/ecce ad te ouilias noſtras mitti/
mus/non cultas/non cōcinnatas/fucataſq́ʒ: ſed plenas
fidei/plenas rerum pretioſarum. merito ad te uidendas/
deoſculandaſq́ʒ mittimus/tanquam patrocinium/qui
toties defendiſti/& defendis a rabie/& canino dente inuidorum. noſti pro/
be quamplurimi ſint hic prope/qui liuore rumpantur/quod me uiuentem
hæc ætas uideat/amet/& præ humanitate legat/quod ſim iucundus meo
Sereniſſimo Principi & ab amicis amatus. Sed tanta eſt inuidorum temeri/
tas/ut nihil habeant maius/quam nomini meo rebusque meis detrahere.et/
ſi ſecure contemnam negligamq́ʒ eorum conatus/tamen ut etiam exteræ gen
tes noſcant & poſteritas/quantum ab excellentiſſimo Iuriſconſulto & affi/
ni meo nobiliſſ.mo fuerim amatus/pro emolumento prætioſo habuero ſi
tua exquiſita eruditionis potentia ius noſtrum defenderis. neque excuſatio/
nem(ſi qua ulla fiet ceſſatio)reperire poteris. Amicitia enim uera nullum ha
bet nodum/quo non feſtinet.& natura utriq́ʒ alteris: qui proximi ſunt anni/
tuntur. Ipſa quoq́ʒ bruta/quæ ad pabulum uergunt/hoc naturæ inclinatu
non abeunt diuerſa. cognoſcunt & ipſa quid obſeruent/quid amare debe/
ant/quibus ſe tueantur modis amice. Quoniam inter ſe uiuunt elephanti.
& magiſtræ pietatis ſua habent comitia ciconiæ. delphini ſuos noſcunt amo
res/& blanditiis/& acceſſu/& præſentia adiuuant. Sic formicæ/& apes mu
tuis ſe officiis tuentur. Quædam etiam/quæ minorem uitæ gradum obti/
nent/ad amicitiæ quodammodo tuitionem magis deflectunt. Vitis ſuauiter
& amice ulmum quam libentiſſime amplectitur. Parieti libenter ipſa ficus
adhæret.alia aliis natura duce amicitiæ conueniunt. Plurima habeo quæ tuū
ſapientiſſimum ingenium cogunt me amare. auget noſtram beneuolentiam
cognationis affinitas & ſtudiorum: & ſi non æqua ſimilitudo/quum longe
excedas/eſt tamen conformis quidam animorum conſenſus. Idcirco ſi ad lu
men legum/ad arcanum ueritatis/& iuſtitiæ defenſorium accedo/uideor
meo iure facere. plus poterit unum tuæ ſapientiæ dictum noſtras ouilias ad/
iuuare/quam centum luridæ linguæ labefacere. mordere poſſunt homines
male feriati.ſed quod reperiant quicquam/quod non ſit uirtute exculptum/
& rationibus connexum/non poterunt malignæ mentes etiam ex indu/
ſtria deprehendere.abſit quod mihi ab initio id animi habuerim/ut his inſe/
ruerim/quæ adoleſcentium ingenia deprauent.nihil profecto deterius ac dif

ficilius

ficilius euelli / quam adoleſcentes in primis a malo imbutu retrahi. Res ipſa mi Franciſce indicabit quantum in colligendis ex ueterum monumentis his floſculis deſudarim. ſpectabis me hercle quantum illic ingenium ſublime tuum poſſideat / quantum mens legum humanarum / & diuinarum tua ſit cumulo congeſta / ut deoſculaberis omnino / noſtrarum ouiliarum frontem / ſi ſpectaueris / & ocia noſtra aperte probaueris. Vale decus ſæculi noſtri. & quicquid uolueris fœliciter habeas. ex ouiliis.

ILLVSTRISSIMO VESPASIANO COLVMNÆ Duci Traiecti: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ fœlicitatem.

ILLVSTRISSIME Domine quamuis te coram non norim / neque unquam uiderim / tamen immortalis tui patris ſplendor / & fama per totum orbem inuicta facit / ut non permittam tuo illuſtriſſimo nomini in ouiliis hiſce meis inter alios optimos Principes locum deeſſe. Hoc enim fuit nobis ab initio propoſitum / ut ſæculi noſtri magnanimos imperatores / & reges / cæteroſq; principes ſuis laudibus decorarem. & apud poſteros memoria commendarem eos / qui iuſtitia / probitate / liberalitate / ſapientia / fortitudine / uirtute armorum excellerent. quod quum multum ex iis tui animi magnitudo fuerit conſequuta / indignum fore arbitratus ſum / ſi tuam tacuiſſem excellentiam. præſertim quum reuerendiſſimus Verulanus Antiſtes meritiſſimus doctrina / & conſilio / & prudentia inſignis multa mecum de uirtute ſingulari tua collocutus ſit. quanta in te paternæ excellentiæ uirtutis reluceant ueſtigia. quantum amicis / & hoſpitibus præſtas præſidium. quantum Romanæ nobilitatis repræſentas gloriam. ut merito te ille inter heroas facit unum / ita mens tua omnium / qui uirtute præditi ſunt / hoſpitatrix eſt / munifica / benigna / ut facile ueterum Romanorum magnanimitatem retineas. quæ quum a ſapientiſſimo Verulano audirem / reſilui hilarior / & gratias immortali Deo egi / quod proles tanta / tamq; ſublimis ex illo principe magnanimo / & Imperatore Cæſarei exercitus inuicto Proſpero Columneo ſit ſuperſtes / & tantis decorata uirtutibus. quæ Italicum genus / quæ ſæculum noſtrum uitæ ſplendore / & dignitate honoraret. quod quum ita ſit / ob ſingularem beneuolentiam qua pater tuus illuſtriſſimus / & excellentiſſimus me complectebatur. tantum gaudeo: quantum ſi ex meis unum filiis / quos omnes uolo Columneo nomini eſſe addictos: uiderem in excelſa imperii dignitate. fac rogo illuſtriſſime Veſpaſiane / ut Hieronymum Perbonum / &

Digitized by Google

totam eius familiam non aliam exiſtimes/q̄ mandatis tuis obſequentiſſimā:
uale decus Italiæ/& Perbonum incipe humaniſſime/ut in cæteris facis/ama
re. Ex ouiliis noſtris.

OMNIVM IVRECONSVLTORVM MONAR/ chæ Philippo Decio Hieronymus Perbonus Optime eſſe.

TV quoq; Philippe mi/qui ingenio tuo ſæculum noſtrū illuſtras
uera legū lucerna/& iuriſcōſultorū numen: nō abibis mehercle
ab ouiliis meis inhoſpitatus. tua benignitas/& ſingularis uirtus/
& amicitia incomparabilis/q̄bus ſemp̄ me proſecutus es/facit ut
nil tam inſolitū poſſit accidere/quo tui poſſim obliuiſci. ut cætera omittam/
quæ maximos poſſent excitare amores. q̄d illud? nōne fixū perpetuo rema/
nebit in animo meo/quando in Caſtronouo agri Placentini loco apud Folia
neos me dignum tuo iudicio feciſti? me doctum tuo ex ſermone iudicaſti? &
me in perpetuis ac iuſtiſſimis cōſiliorū tuorū documētis exornaſti? ingratus
profecto eſſem/ſi in iis meis meditationibus tuum ſubtacerē nomen. obſcu/
ræ forent ouiliæ noſtræ/niſi ſcintillæ ingenii tui intus aliquātulū perfulgerēt:
q̄ uiuis in hac noſtra ætate/naturæ/& diis imortalibus gratias agimus. tam
pretioſum munus nō aliud exiſtimamus/q̄ ſolem inter ſydera. a quo cuncti
cæli lumen accipiunt. facit idem tua beata uirtus. quē uis illuſtras/& magnū
facis. non es princeps/non rex/nō pontifex. ſed maiora poſſides. neq; ii ſine
tuo magno conſilio uera cōſiſtere poſſe iudicia arbitrari poſſunt. magna tua
auctoritas Deci mi/magna tua uirtus/magna profecto/& immortalis omni
ſæculo plus memorabilis haberetur/ſi tantam magnitudinem tuarum uirtu/
tum nunc pro amicis/pro Inſubria/pro patria tua/pro principe noſtro apud
pontificem/apud impatorē/& cæteros reges literis explicares/ſi non poteris
p̄ſentia/quantis nūc deperimus calamitatibus. procul abes. & nō ſentis quā
ta calamitate inuoluant patrios tuos lares famoſiſſimi latrones. quæ ſi etiam
in ſyluis ac alpeſtribus locis/ubi nullus eſſet uitæ uſus/perpetrarent/forent
uriq; omnibus auribus auditu moleſtiſſima. liceat tibi iuriſconſultorū cōſul
tiſſime/qui iuſtitiæ culmina ſuſtines/& Cæſari/& pontifici hæc publica ob/
probria litteris detegere. peius ne audiri poteſt/q̄ paſſim legibus per Inſu/
briam proſciſſis uiolari connubia? uirgines deflorari? domos ciuium publice
ſpoliari? & ab iis preſertim/quos uelut amicos Hoſpitati ſumus/feſſos refo/
cillauimus/iuuimus ad expellendos hoſtes armis/& auro. & poſtq̄ uictoria
parta eſt/inimicis fugatis/urbibus feſta fronde lætitia exultantibus reduces
fuere/in noſtras opes/& uiſcera uerterunt manus. & tu Deci mi excellentiſſi
me/cui ingenium abſolutum eſt/cui doctrina ſingularis/cui ingenii fæ/
cunditas/linguæ nitor/& memoriæ capacitas: cui legum patrocinium/
& audis hæc/& taces. expergiſcere. & tuis arguleis oculis patriam/& ami/
cos/& principem noſtrum reſpice. debes/& potes adiuuare miſeram iam/
& labentem patriā. non erit cui magis habeant fidem Cæſar/& pontifex/q̄
tibi uelut Pythio oraculo. eris cū Reuerēdiſſimo Cardinali Putio: & q̄ uide

Digitized by Google

buntur ad tanti mali remedia/procurate ueſtris ſapientiſſ.conſiliis. nos uero
omni opera uti nõ ceſſamus/ ut tanta noſtrarũ rerum infœlicitas iam eſſe de
ſinat.& precibus quotidianis ad cœleſtem patrẽ/ quantum quimus/ego/&
liberi/ bonique amici/elaborare non ceſſamus. Vale decus Inſubriæ. quem
(deos immortales rogamus) ad Neſtoreos annos conſeruet. ex ouiliis nrĩs.

PLVRIMVM REVERENDO IOANNI MORO/ no electo Mutinenſi iuueni uni ex paucis ingenioſo ac prudenti: Hie/ ronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliatũ dñs bene cupere.

ANTIQVI certabant mi Ioannes Morone olim iuuenũ nunc
uiuentium prudentiſſ. pro patria/pro religione maiorũ/ pro mo/
numentis progenitorũ. at nunc noſtri reges pro rapinis/pro oc/
cupandis ditionibus: pro pecuniis decertant magiſtratus. pro ſa/
lariis/nõ pro iuſtitia Senatores. Peripatetici quidẽ iudicabant non eſſe negli
gendas pecunias: uerũ eas in tertio quodam bonorũ ordine eſſe ponendas.
ſed nunc apud iſtos philoſophãtes ex eorũ iudicio/ ac ſententia in primis pe
cuniarũ gratia bellũ ſuſcipiendum eſt. & eorum culpa cum uirtutibus uitia
confligunt. ſed a uitiis uirtutes ſuperant. profecto ingẽs cæcitas mortalium
pectora fere omni tempore occupauit. ſic uniuerſa Græcia ꝓ forma tam mo/
mentanea Helenæ conflixit. q̃ iam per multos annos in puluerẽ cõuerſa eſt.
Inſaniebant quidem Pelaſgi ꝙ nõ intelligerent digladiari cum interitu tanto
rum uirorũ pro re uſq; adeo fragili. nam forma eſt ſicut flos arefactus: q poſtq̃
coloris decus abiecit deformis eſt/ ſic hyacinthus/narciſſus/& tyro iam pul
uis ſunt. humana uita nihil eſt fragilius/& nihil breuius: q̃ tot morbis/ac ca/
ſibus eſt obnoxia. & maximã malorũ partẽ ipſi ſibi homines accerſunt demẽ
tes/tanta cæcitas humanos animos occupat. ſic aliqui principes/ qui ſub fi/
de Chriſti degunt/cum aliis principibus Chriſtianis bellũ gerunt. mi pluri/
mum reuerende Ioannes/cui in ætate iuuenili ineſt natiua patris prudentia/
ac ingenium (nam in patriis artibus pleriq; natura ferunt) etſi clariſſimus ge
nitor tuus extra aleam ciuilis ingenii ſit poſitus magnus orator/magnus ſena
tor/magnus gubernator/ & tu eadem ueſtigia retines/ & proximiora cœlo
habes: uelut ueterum unus aut Anacletus/ aut Pius/ aut Nicetus explicas
uitæ ſpeculum. proinde non tam familia Moronea debet tibi/q̃ tota & patria
illam illuſtrationem/claritudinem/nomen/ueterem ſplendorem/quæ tuum
ingenium retinet. hæc beneficia innumera per tuam ſanctiſſimam legationẽ
expetat/quam ad publicum bonum accommodari uelis: quod nunquam fa
cere poteris tanto cum fructu/quam ſi hanc pacẽ rectam atq; honeſtam ſu/
premo pontifici perſuaſeris ad internecionẽ hoſtium fidei/ bonorum morũ/
ac humanæ naturæ. Cuperem tñ mi Ioannes ut potius Romam/q̃ Galliam
peteres. nam regum irati animi quamplurimũ uerendi ſunt. apud nos uaria
ſunt palata mortalium: ſuntque moroſa multorum ingenia/ ingrati animi/
& abſurda iudicia. nam fucata/ fictaq; ſunt omnia/ & blandæ conſultatio/
nes. hæc non ex animo complexus hilares/ & demum ſimultatibus cor/

Digitized by Google

rupta ſunt uniuerſa. nam nunc homines pugionibus ueneno tinctis digla/ diantur adeo ut pax territa propter nebulones a nobis effugerit. nos ad nr̃as ouilias confugimus ut pacem literis indipiſcamur. nam bellū oīm calamita/ tum pelagus eſt ut plane iſtis temporibus experti ſumus. pax autē eſt fons omnis humanæ fœlicitatis. dii fœlicem reditum tibi concedant & diutiſſime bene ualeas. ex ouiliis.

PLVRIMVM MAGNIFICO AC EXCELLEN/ tiſſimo Iureconſulto Ioanni Cicadæ: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarum dominus fœlicitatem.

NON abeſt a te fœlicitas oīm Placentinorum ſapientiſs. mi Ioan nes Cicada / & ſi pene nunc omnes bonarum diſciplinarum pro feſſores cettent cum ſæculo hoc ſcelerato / cum hominū genere iniquo & crudeli. ſed tu tamē tanto maior emines Athleta: quan to teterrimis Hercules apparuit mōſtris. Senex es & ea facis / operatis / & ſtu des / quæ nō aliter Socraticum pectus expreſſiſſet. Illi tui inculpatiſſimi mo/ res / illa tuæ uitæ modeſtia / Sanctitudo uiuendi maiora tibi portendunt quā oculi noſtri ſpectant. nihil ſane in te nos & amici quiq; deſideramus: quod ma ius & abundantius non promas. fœlicitas a te nullo pacto abeſt / nec poſſunt ſæculi noſtri ſcatētia mala tuam infringere mentē / a ueraq; ſapientia diuerte/ re tam uiuax / uegetumq; ingenium tibi præſtat / & eminet in legibus hau/ riendis ſacraq; eruditione capienda ut præter q̃ ꝙ uerum bonum eſt / uerum ſanctum appetere uideris nihil, es profecto aurum inter cœnum & arenā ſul gentiſſimum / deprauato hoc hoim qui nunc uiuunt genere per malas artes: per libidines / & fœditatem. icc irco in noſtris his ouiliis oramus ut tam diu uiuas q̃ diu deſyderas. diutiſſime bñ uale & nos ut facis ama. ex ouiliis nr̃is.

ILLVSTRISSIMO ASCANIO COLVMNAE MA gno Hiſpaniarum & regni Neapolitani Mareſcalco: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarum dominus fœlicitatem.

QVOD de te audio Aſcani illuſtriſſime paucos attingerē poteſt / neq; tantū mihi inſedit ꝙ in ea familia natus es / q̃ totam Italiam honorat / quæ nomen Latinū magnificat / & auget / ꝙ tota ueterum Romanorū nobilitas ſuum in ea reſeruat ſplendorē / quod referet ueteres proceres / pon tifices / Cardinales / Principes / Marchiones / Duces. Co/ mites / quod aureatos eqtes ſplendidiſſimos / quod auos tuos / quod genitorē Fabritiū iactet. qui tot geſtis exanclatis pro eccleſia / pro imperio / pro regno / pro Italico honore immortalem gloriam adeptus / & fa/ mam per omnes orbis partes propagarit: Diuitias & opes ingentes relique/ rit & ſacræ militiæ / & uictoriæ non unius tropheos / & lauros & ſtatuas ad poſterorū memoriā demandarit. quæ quum magna ſint / & admiranda: quæ

poſſent

poſſent Cæſareis titulis inuidiam conijcere: tamen pluris apud me æſtimari poteſt ꝙ tu qui es ille Aſcanius magni Fabricii filius: qui oīa hæc quæ diximus tanꝗ ueriſſimus hæres poſſides & oēm ueterum tuorum nobilitatē ſuſtines & maiorē repreſentas. ꝙ imperiū & maiorē ſtatum ꝗ tui maiores habuerint: gubernes & retineas. ꝙ pulſes ab utroq; littore maris ditionis tuæ ſceptro quicqd inretiacet directo ductu a Gaietano ſinu uſq; Adriaticū. & tū id diuertis/ ꝙ pauci numero a condito æuo fuerint aſſequuti. in ſapientiam. ſ. omne tuū deflectis ſtudiū. res (immortales deos teſtor) omnibus mortalibus admiratione digna. is cui ad pedes fortuna pediſſequa iacet/ cui oīa uoluptatū genera obſequium præſtarēt: tanta animi cōtinentia poſt defunctos ſacræ militiæ labores ſapiētiæ ueſtigia ſectet: uirtutū oīm culmina inhiet? Quid pro animi tui ſublimitate habet ueruſtas ꝙ de ſuis Scipionib⁹/ Catonibus/ Marcellis iactare poſſit? Hæc quum a me audita ſunt/ ita in ouiliis meis excitarūt aīm ut abſtinere nō potuerim quin adſcriberē: imo qn cū ſæculo nr̄o nō congratularer ꝙ tantū principē habeat: qui uitā ita uirtutibus ornet / ut nulli ſit poſthabendus. Eſſet longiori uolumine tuos ſapientiſs. mores ad recenſendum nobis opus: ſed paucis tuam excellentiam adibo ut cognoſcat quantū afficiat ego & filii mei familiæ columnæ: neque fas exiſtimaſſem edendis his meis libellis ſi tuum præclariſſimum nomen non inſeruiſſem. Scio alios non mediocri ingenio tua geſta recenſere: quos habes ſparſim per omnem tuum ſtatum: præſertim in Aequis & Marſis Alexandrum argulum equeſtri & pedeſtri ſublimem: & Antonium Epicurū & alios quos poſteritas laudabit. ſed fecit hoc mihi initium reuerendiſs. Epiſcopus Verulanus: qui tanto tuam excellentiam tuorumq; oīm nomen extollit præconio: ut neſcio an quis alius per orbem fuerit beneuolentior. Erit ſpero quū maiora de te exordiar. interea cura ut diutius uiuas: ut per te ſæculum hoc noſtrū ueterum nō inferius appareat. Vale & Hieronymum Perbonum incipe amare. ex ouiliis.

MVLTVM REVERENDO AC ILLVSTRI BARtholomeo Scalampo Prothonotario Apoſtolico inſigni ex condominis Cayri: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ bene eſſe.

VELLET pius Deus Bartholomee Scalampe mi reuerende & illuſtris: ut ſicut tu/ & excelſus cōſanguineus tuus Ludouicus princeps Canellarū/ pariter & ego cōpoſuimus diſſidiū inter excelſum Ludouicū Carrettū Spigni Marchionē mihi generum/ & uobis ambobus ptimū conſanguineū/ & inter eius affines: ita in manu nr̄a eſſet cōponere lites regū: ut arma aduerſus hoſtes fidei deuoluerentur unanimiter. leonū feritas inter ipſos non ſæuit. nec aper aprum dente petit/ lupusue lupum/ aut draco pungit draconem. Solus homo cum homine dimicat: imo coniunctus cum coniuncto: quem omnium maxime decebat eſſe unanimem: cuiq; ſoli ſermo datus eſt præcipuus beneuolentiæ conciliator. cognoui te in hac tranſactione quam fecimus / uirum mirabili ſapientia præditum: qui uniuerſam diſciplinarum doctrinam optime calles/ uir ſacer/ doctus/ atque procerus. doleo quod etiam non licuerit

uti conſuetudine Reuerendiſſimi Rolandi Carretti Auignoni Archiepiſcopi/qui tunc ab humanis cum omnium beneuiuentium non mediocri iactura ſublatus eſt. dirus eſt fortunæ ludus/& furor. at inuidens mors iniqua eſt: quæ inuida ſemper præſtantiſſima quæq; quamocyſſime tollit e medio. uixq; oculis offenſa protinus ſubducit. Eius uirtus animi/& corporis/pariter & fortunæ bona ad ſupremam ſacerdotii dignitatem una hominum uoce deſtinauerant/& nos homunculi in eius fœlicitate ſperabamus. eamus nunc & fortunulis noſtris fidamus/quum eos etiam pro ſua libidine mors improba rapiat/quos diutiſſime uiuere tantopere omnium refert. hic unicus pulcherrimus erat omnium animo & corpore/mortuus reliquis oſſibus apparet aſſimilis/nec caluatia ab aliis dignoſci poteſt. nec tam inſigne ſepulchrum marmoreum quicquam utilitatis/uel commoditatis affert defuncto. imo plus oneris: quum marmore inaurato/ac ingentibus ſaxis preſſus magis laboret. propterea a poſteris meis requiro/ut ab hoc onere me releuent. Therſites mortuus a Nereo illo formoſo non diſcernitur/nec Irus mendicus a Phæace rege/nec coquus Pyrrhi ab Agamēnone. q magnificos/altosq; tumulos habent ſuper terram/columnas/imagines/& titulos nihilo ſunt apud inferos plebeis honoratiores: niſi quod impoſito tanto pondere laborant magis/& premuntur. Sis fœlix diutiſſime Præſul ſapientiſſime. ex ouiliis.

PLVRIMVM REVERENDO HIERONYMO Vidæ Apoſtolico Prothonotario uiro religioſiſſimo & doctiſſimo Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ fœlicitatem.

DECREVERAM de uirtute tua aliqua ſcribere uir religioſiſſime/& doctiſſime/& quum de hac dicere propoſuiſſem: neſcio quo pacto a turbine belli inquietatus ab inſtituto ſermone procul aberraui/quum & gloria tua noſtro tenui non egeat præconio: ſicut nec ipſe ſol alieno lumine. qui es diuinarum rerum/ac bonarum diſciplinarum egregie peritus. ſunt multi qui autumant quod optima ſit idiotarum/priuatorumq; uita/qui nec principia rerū nec fines inquirunt/ſed hylares minime curioſi uitam traducunt. uerum nos iudicamus minimam in illis eſſe partem hominis/ſed eos qui tibi ſimiles ſunt/tantum recte homines appellari: qui nedum aſpectu reuerendus/ſed ſapientia/& omni uirtutis genere præditus: doctrinæ/ac probitatis apud omnes uiuentes celeberrimus: & eximium ætatis noſtræ decus. homo regionum/hominum/& rerum experiētia ipſo Vlyſſe ſuperior/cui peculiaris quædam ad explicandas actiones eſt dexteritas/& eſt homine maius ingenium prope diuinum. nec ueſtræ prudentiæ aliquid poteſt adiici. uoluiſſem/ſi potuiſſem tuum habere iudicium/an hoc opus noſtrum ouiliarum dignum eſſet: ut exiret in manus hominum. curaui tamen mi uir doctiſſime: ne quid ſit in libro noſtro falſi. nam malo ego eſſe bonus: quam prudens. diu fœlix uiuas. qui dignus eſſes uiuere perpetuo. ex ouiliis:

MAGNI/

Google

MAGNIFICO CLARISSIMOQVE IVRISconſulto Vincentio Inuitiato affini ſuo & Ducali Senatori a ſecretis Illuſtriſſimi Ducis Sabaudiæ digniſſimo: Hieronymus Perbonus Bene cupere.

TVA mi Vincenti benignitas/ & humanitas/ & illa gratiſſimæ hoſpitalitatis/ & beneuolentiæ officia/ quibus uſus es in me & in familiam meam in Auguſta Taurinorum/ quum ſæuirent temporum acerbitates: ut nunquam tui & tui nominis obliuiſci poſſim. Stabunt illi tui mecum pretioſiſſimi affatus integri/ & florebunt quouſq; uiuam immortales. ille tuæ ſenectutis uigor/ illa tua ſenſus & corporis fœlicitas/ illa animi tranquillitas/ illa morum moderamina/ illa grauitas cum ſapientia/ & temperantiæ partes non multis a Deo imortali conceſſæ adhuc mecũ uiuũt. ne credas horum & aliarũ tuarũ uirtutum me poſſe obliuiſci. accepi uelut pro meo theſauro/ & eruditione a te illa tua exempla uitæ: quibus quam ornatiſſime uitam degis: & magiſtratum/ quem decore geris/ magnopere honoras. Et ſicut robore ualet iuuentus: ita prudentia magis ſapit ſenectus: quæ adeo in te uiget/ & præſtat: ut merito ſis fide/ conſilio/ perſpicacitate/ prouidentia apud tuum principem excellentiſſimum primarius. ita probabiles maiorum ritus retines: ita omnia ueterum arcana/ & monumenta/ quæ ad ſolidationem ſtatus faciunt: reminiſceris: ut neſcio in conſeruanda ſua Repub. maior fuerit Solon/ aut Lycurgus. quæ quum te dignum faciant: quum te omni ſæculo memorabilem reddant: exiſtimaui fore operæpretium/ ſi tuum nomen in ouiliis meis prope diem publicandis insererem. erit acceſſio noſtris uigiliis non parua. recte uale: & eum beneuolentiæ igniculum/ quo me ſemper proſequutus es/ conſerua. ex noſtris ouiliis.

PLVRIMVM MAGNIFICO ALOYSIO TROTto Quæſtori Ducali: ac Præſidi ſuper annona: Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ bene eſſe.

QVI interfectis Magis imperium Perſis uindicauere/ ex edicto a conſultantibus ſancitum eſt: ut regiam introire unicuiq; ſine internuncio liceret/ etiam ſi rex cum uxore cubaret. & Othonem/ eo quod primus rem agitauerat/ munificentiæ genere honorificentiſſime exornandum decreuerant. ne ei eiuſue poſteris/ aut ſubiectis aliquod onus imponeretur: neue regi fas eſſet aliunde/ quam ex illorum familia/ qui authores regni fuerant/ familiares ſuſcipere/ & ingenue inſcriptis literis faſſus eſt Darius Hyſtapſis equi uirtute/ & Oebaris amici Perſarum regnum ſe adeptum fuiſſe. mihi uero tam de meo principe benemerito/ ut probe ſcis uir prudentiſſime: imo ſciunt omnes principes/ Respub. ipſa theatra & demũ pene cuncti populi: quæcunq; imunitates interruptæ ſunt ulla ſinẽ

Digitized by Google

penitus cauſa.onera inſuper meis ouilienſibus in quadruplum ultra alios im
poſita ſunt. & qd ordinatũ ſit in cauſa daciaria ignoras minime. nos uero nõ
ſolũ a ſolitis dignitatibus/etſi uolentes præteriti ſumus: ſed nec ipſum ducẽ
alloqui:uel quod magis miſerum eſt;pro arbitrio uidere quimus.in cauſa ta/
men ouiliarum aduerſus Fliſcum pro iuſtitia non defuit. nam bonus & iu/
ſtus princeps eſt.ſed nos non bene fortunati ſumus. Hic non eſt inferior pri
mo Francifco duce inclyto:qui tanta uirtute bellica præditus fuit: ut eam fi/
duciam eius militibus fecerit:ut illo præſente nullius hoſtis arma/ ne quidẽ
inermes timuerint. nam cum nullo hoſtium unq̃ congreſſus eſt: quem non
uicerit.nullam urbem aggreſſus eſt:quam non expugnauerit. nullam in Ita/
liam gentem bello adiit:quam non calcauerit. Mediolanenſibus non minus
memorabilis/quam Perſis Cyrus:Macedonibus Alexander: Romanis Ro
mulus:Parthis Arſaces.at hic ſecundus/ me uno excepto propter inuidos/
& meo malo prohibente fato/omnibus eſt alloquio blandus/in negotiis iu/
ſtus/in imperio moderatus:ita ut nihil regium prorſus deeſſe/ præter diade/
ma uideatur:dum meorũ beneficiorum/&mutui noſtri non ſit immemor:ut
futurum credo/te maxime impulſore:cui dedit motu proprio/ & ex ſua nati/
ua bonitate/& uirtute hanc prouinciam, propterea ut nihil omittam: noſter
princeps claritate parentum/æmulatione uirtutis accenſus/animi magnitu/
dine ſupe greditur/plus ingenii acumine proficiens:q̃ armis dux alius facere
potuiſſet/ob magnam animi fœcunditatem/& præclaram ingenii amplitudi
nem.clementia Iulium Cæſarem/& Lucullum ſplendore uel æquat/uel an/
tecellit.undiq; laudatiſſimus exiſtimat longe nobilius/ longe fore præſtãtius
litteris antecellere/&uirtute/q̃ imperio atq; diuitiis.ut dicere ſolebat Alexan
der Macedo.noſtri inclyti Principis uirtutes enatrare non poſſum:ſed face/
re oportet/ſicut ille/qui in breui tabella terrarum orbem pingit. Da operam
Aloyſi mi/ne hæc ſumma uirtus te auctore ingratitudinis labe notetur: qua
nil peius in mortalibus inueniri poteſt. quod ſi in præſentia mihi ſatisfacere
non poteſt:ſaltem prouideat:ut exactores improbi pro oneribus inſolitis/ &
indebitis me/ac meos reſpirare permittant.& ipſe dux meus non me deſerat:
qui ipſum extorrem non deſerui.diu & recte uale.ex noſtris ouiliis.

MAGNIFICO AC PRAESTANTISSIMO IVRE/
conſulto Bartholomeo Catinariæ Cæſareo Senatori integerrimo: Hier.
Perbonus Marchio Inciſæ ac ouiliarum dominus fœliciter cupere.

NON unus eſt mihi queſtus Bartholomee mi cõpater/nõ unus
dolor/non una ſuſpiria/non unæ effuſæ lachrymæ fuere: quum
Philippus Nicola uir doctus/etiam utriuſq; noſtri amiciſſimus
deplorauit Reuerendiſſimi Cardinalis Mercurini fatum. tanto
amiſſo patrocinio pro religiõe/ pro iuſtitia/pro uirtute unuſquiſq; dolere po
teſt.erat enim ille adeo excelſo/& pene diuino conſilio apud Cæſarem/ ut ni
hil in conſultationem ueniret:quod non haberetur ſui ingenii præuiſu uelut
oraculum/& Propheta.&(quod admiratione dignum eſt)nemo adhuc re/

pertus

pertus qui de eius moribus/de uita/de actione/de adminiſtratione fuerit cõquæſtus.profecto tantum uirum inuidere cœli nobis/rati fortaſſe tanta hominis integritate hoc ſæculum noſtrum/& terram non eſſe dignam.pro cuius inculpatiſſimis moribus migraſſe ad cœlum non dubitamus. habemus utiq; de eo immortalem memoriam.ſi mors improba rapuit: non proinde poteſt eius uirtutum abolere præmium.tales qui uixerint innocentiſſime/& abierint ſanctiſſime deplorandi non ſunt:quibus uere mori non contingit. ſed tranſmutatio loci/& reditus ad ueram patriam Hieruſalem.data eſt unicuiq; hæc portio temporis:ut per eam ſciamus probe indipiſci locũ illum:qui bonis in cœlis a Deo immortali conſtitutus eſt.profecto non turpe eſt mori: ſed turpiter mori.abiens ad immortalem quietem nunc ſuarum uirtutũ præmia recognoſcit.de hoc non nobis reliquit dolendum/ſed gaudendum potius: q̃uis de abſentia humaniter doleamus. illud tibi amicorũ optime relictum eſt præmeditandum: ut omni tempore enixiſſime imiteris patruum tuum in illis diuinis actionibus.cura obſecro ut amicis omnibus illius prudentiam/illius iuſtitiam/& temperantiam/&animi conſtantiam repræſentes:præſertim in amicorum cauſis: ſicut patruus tuus reuerendiſſimus egregie factitabat: & quod nunc ceſſat acerbiſſimũ/atq; moleſtiſſimũ mihi eſt non nihil laborãti in cauſa marchionatus Inciſæ.tu uero cape uim patruã: & ita amicos apud Cæſarem ſuſtine:ut te omni tempore patrocinium patriæ/& amicorum tutiſſimum portum appellare poſſimus.Vale & Hieronymum Perbonum tuæ memoriæ ſtudioſiſſimum redama.ex ouiliis noſtris.

PRAESTANTISSIMO AC FACVNDISSIMO a ſecretis ſacratiſſimi Caroli Imperatoris Philippo Nicolæ:Hieronymus Perbonus Marchio bene cupere.

TV quoque operi noſtro/noſtræq; amicitiæ aggregatis Philippe Nicola mi ſuauiſſime:cuius mecum beneuolentia cepta eſt imperante Mediolani magnanimitate liberaliſſimi Maximiliani ducis.quæ accepit incrementũ dum in Germania eſſemus pro noſtra conſtanti fide/& candida participes exilii Franciſci.ii.optimi ducis. & eo nunc palmites effudit/ut uix ultra quo iam progrediatur habeat.firmiſſima equidem amicitia eſt/quæ a uirtute prouenit.ita Scythæ ubi ſtrenuũ quempiam uirum conſpexerint/aut præclara facinora patrantem:in hunc omnes ſtudio incumbunt omnia facientes ne tali fruſtrarentur amicitia.mortem oppetit/ſi ſit opus/alter pro altero. nec eſt quicquam tam potens/quod amicitiam queat inter eos dirimere.hæc tam arcta/& ſancta beneuolentia trium numerũ non excedit/nec inter plures diſtincta eſt. putant autem amicos oportere omnem inter ſe communicare fortunam.non minus mihi carus es Nicola amice optime/etſi malignitate fortunæ aliquo tempore tibi mala aduenerit ualetudo q̃ Zenothomi Charmolao Maſſilia otiũdo fuerit Menecrates:qui concidere dicebatur circa lunã creſcentẽ: cuiusq; filiã tur-

piſſimam/& inopem in uxorem accepit:ut releuaret amicum. ex qua poſt/
modum tam pulchram & ſapientem ſuſcepit prolem.aut Demetrio Sunien/
ſi Antiphilus Alopecenſis Denomenis filius: qui licet ſacrilegio innocens eſ
ſet/adeo ſontium ſceleſtiſſimus habebatur:ut qui ei opem ferret: impiari pu
taretur.humi cubabat.eius crura ligno erant incluſa.ipſe totus cogebatur in
uinclis eſſe: ſed ab amico Demetrio cum manifeſto uitæ diſcrimine liberatus
eſt.tu qui pro dignitate/ac ornamento Cæſaris/ac amicorum beneficio diui
na ope ab atroci ualetudine liberatus es:repete ſupremum principem omniũ
regum decus & ſpecimen. cuius uirtutem maiores noſtri marmore pario po
ſteritati commendaſſent.nam illi præclariſſima geſta heroum/ & prudenter
facta ſapientum in columnis æneis reponebant in templis:& hæc erat prima
inſtitutio/diſciplinaq; liberis ſuis. hæc quoq; in porticu/ & in plateis nota/
bantur priſcorum picturis:quæ Romæ/& in antiquis urbibus adhuc adum
brata uiſuntur.Redi ergo ad Cæſarem/ ut eius geſta tuo eleganti ſtilo adiu/
ues:& tibi & amicis tuis prodeſſe poſſis. deinde & uigiliis noſtris eum inſpi
res fauorem/quem omnibus amicis exhibere ſoles. bene uale ex ouiliis nñs.

MAGNIFICO ET CLARISSIMO IVRECON/
ſulto & Senatori ſapienti Franciſco Lampugnano Patricio Me/
diolanenſi.Hieronymus Perbonus Marchio fœliciter eſſe.

HABEO Franciſce mi omnium amicorum ſuauiſſime quo
tibi non uulgariter uſq; ad glebam debeam: quando pro
Hieronymo Perbono tuo in cauſa ouiliarum nullum de
uitaueris laborem. uiuit hæc tui animi pietas/ & iuſtitiæ
fructus non ſolum apud me:ſed quiq; boni & eruditi/ &
magni uates celebrant/& extollunt.Tantum iſta tui inge
nii excellentia inter alios ſenatores emines: quantum ſol
inter minora ſydera.parcãt obſecro/ſi liberius hæc effluo.
faci hæc tua pro me ſedulitas/pietas/promptitudo. non ſubticebo meher/
cle quod audio de tua ſublimi uirtute. paſſim plurimus ſermo eſt de tuo in/
genio/quam prompte/quam ſapienter uaſaria legum tenoluis: quantum es
ſublimis poetico/& oratorio ſtilo.dii immortales/quæ illa his diebus paucis
reſonuere tua carmina auribus noſtris: profecto niſi inuidi obſtringerẽt mihi
linguam/niſi ererer paucorum:quos noſcis lurida uenena/exclamarem per
te ſæcula noſtra non ceſſura ueteribus.obſerua te obſecro decus noſtrorum
temporum:ut tua ſapientia/tua bonitate/tua cœleſti uirtute in rebus arduis
pro iuſtitia defendenda amici tui uti poſſint. Ego uero non committam ut
tantus ingenii fulgor in ouiliis meis deſit. paro aram tuo nomini dedicatam.
paro ſane ſtatuam/ ut per hæc etiam poſt fata in rebus noſtris perpetuo re/
maneas/& uiuas. Vale & Hieronymum Perbonum ita ames ut amare o/
ſtendiſti.Ex ouiliis.

EXCELLENTISS. IVRECONSVLTIS FRAN.
Sfondrato:ac Ioanni Baptiſtæ Speciano Ducalibus Senatoribus
Integerrimis:Hieronymus Perb.Marchio Inciſæ fœlicitatem.

Addecet

Digitized by Google

ADDECET uos iureconſultos celeberrimos/ quibus Cremona
urbs pulcherrima cõmunis eſt patria/Sfondrate/& Speciane Per
boni ueſtri/ac eius operis eſſe fautores.nam fauentes uos ſemper
habet q iuſta petit.in iudicando/in conſulendo/ in proſequendo/
atq; agendo/æquitatẽ/mediocritatemq; illam retinetis:quæ media eſt uirtus
inter parum & nimiũ conſtituta.ꝑpterea merito uos ambo ab omnibus tanq̃
uiri optimi habemini in pretio.nam uos recta ratio a ſpe inani liberat/ atq; im
modicas refrenat cupiditates.mentem ſanam/ac ueritatem inſerit:planeq; il/
luſtrat animũ:& ſi periculũ ſit/inter multos inſanientes ſanos eſſe.ueri ſena/
tores/& ſapientes legum interpretes eſtis.nam nedum reſponſa prudentum
habetis in prõptu:ſed oĩm doctrinarum ſtudiis eſtis clariſſimi uelut alteri An
tiſtius/ Labeo/ Modeſtinus/ & Sulpitius legum latores prudentiſſimi: qui
aliis ſtudiis tantũ operæ dedere: ut eorũ reſponſa tanq̃ Apollinis oracula fue
rint exiſtimata.& mirum nõ eſt ſi ipſorũ clarior / faciliorq; per docta hominũ
ora fama uolitat.equidẽ fratres & amici optimi gaudeo/ ꝙ grauitate conſilio
rum/& uirtutis amplitudine omnes gloriæ numeros ſumma cum fœlicitate
adimpleueritis.& ideo non miror ego ſi magna ueſtra eſt authoritas apud po
tentiſſimos reges/& illuſtriſſimos duces.nam oẽs ueſtram modeſtiam admi
rantur/continentiam inſpiciunt/ſapientiã ſpectant adeo/ ut egregias ueſtras
laudes qbus uerbis ꝓſequar ambiguus ſim.nam me perdit copia.principib⁹
ſtuduiſtis non ambitione/ſed beneficiis ut cæteris præſtaretis. tanta modera
tione uſi/ut iniurias inuidiæ/nedum ulciſci uolueritis:ſed animi ingenti ma/
gnitudine contempſeritis. diſſimulatis offenſionibus eis etiam beneficia con
fertis:& bonis omnibus benefacitis.quam diutiſſime recte ualeatis.ex ouiliis

EXCELLENTISSIMO SENATORI A SECRE/
tis & ducali Oratori facundiſſimo apud ſereniſs. Venetos Benedi/
cto Curtio affini & Patritio Papienſi: Hieronymus Perbonus
Marchio Inciſæ ac ouiliarum dominus fœlicitatem.

TIBI etiam excellentiſs . Benedicte decus patriæ noſtræ
hoc literariũ munus ex ouiliis noſtris merito ĩpartimur.
quum is ſis ob magnitudinẽ tui ingenii/ob eloquentiæ
promptitudinem/ob ſingularem doctrinã/ ob cunctas
morales uirtutes:qui parua/& obſcura aliorũ ingenio/
rum monumenta legendo/laudando/defendendo præ
clara/& illuſtria facere ſoleas:idcirco hæc noſtra / qua/
liacunq; fuerint/iudicio magno tuo ſubiici uolumus . & quãuis apud iſtos
magnos Venetos pro principe noſtro ſereniſs.grauiora habeas præ manibus
tractanda:& quæ ad conſeruationẽ Italiæ pacis faciãt tibi curæ maximæ ſint:
tamen ſi quid ocii emerget tuis politiſſimis camœnis/ noſtros hos libellos/
quos ad alios principes/& reges dedicauimus:pro neceſſitudine / pro uera
amicitia noſtra:q̃ ſemper inter nos uiguit inuiolabilis:poteris quandoq; ocu
lis diſcurrere.nefas duximus te/nomen tuum clariſſimũ ab ouiliis noſtris ab
eſſe:quem mihi coniunxit & ſanguinis neceſſitudo/& a teneris annis candi/
da amicitiæ conſuetudo.cognoſces ſane/ſi egregie uolueris nauare operam:

Digitized by Google

& a reb⁹ publicis remotus ad has nr̄as cōtēplatiōes accedere. utinā ab initio
meæ iuuētutis hoc pſtitiſſem ꝓpoſito. nā multa mea/ q̄ nūc inaniter requiri
mus/ nō ꝑeciſſem. ſed amor īcredibilis multā ſolet ꝓferre iactură. nō ſine ſto
machi bile hæc ſcribim⁹. tecū enī apta ſūt cordis mei arcana. ſed Phryges ſe
ro ſapiūt. apud te ſolamē aegro Bñdicte mi. quū cōtēplor tuū ſublime inge/
niū/ & uirtutes īcōparabiles. uerū Curtiæ familiæ es decus: q̄ olim iter ꝓce/
res Ro. locū primariæ nobilitatis obtiebat. uenerūt tui maiores ex illo nobiliſ
ſimo ſanguie Ro. ī pr̄iā noſtrā/ natura īpellēte: ut nō uno in loco eēt/ & luce
ret uera nobilitas: q̄ q̄tū ī te firmior & ſincerior extet ex tuis p̄clatiſs. uirtutib⁹
cognoſci p̄t: q̄ tm̄ in cūctis mūdi ptib⁹ Curtianā familiā honorāt & augēt. &
nūc quāta cū grauitate morū iſtis tēporib⁹ apud ſereniſs: rēpu: Venetoꝶ ſu
ſtines oratoriā pſonā ꝑ pricipe nr̄o excelleñ. oēs dicūt & p̄dicāt. īmortalē ad
eptus es famā ꝓ tua ſapiētia. ita ī eo ſacro collegio Venetoꝶ īter eos magnos
ſenatores diſſeris/ ſuades/ cōſulis/ memoras/ exēplificas: ut te uelut oraculū
admitent̄ & hēant. qd̄ pr̄ia nr̄a tm̄ decoramētū ob tuā iſtā clariſſimā legatio
nē acqſiuerit/ q̄tū in quouis alio hic cētū ānis: gaudeo ego mirifice mi Curti/
& ita gaudeo de tua egregia excelleñ. & uirtutis honore: ut quū mecū ſim hic
& p ouilias meas diuager: abſtiere ñ poſſim: qn hæc ad te ſcribā. rogo ut p has
nr̄as ouilias īterdū deābules: & ſi quos repis floſculos: q īgēio tuo ſuauiores
uideāt̄: poteris de me tuo Perb. cōminiſci: atq; eo āore repetere: quo ſolit⁹ es.
Vale & fœlicitatē/ q̄ dii īmortales tibi porrigunt/ perpetuo habeas. ex ouiliis.

MAGNIFICO DVCALI QVAESTORI INTEGER. MAR. Anton. Cagnolæ: Hier. P. Marchio Inciſæ ac ouiliaꝶ dñs bene cupere.

MAGNVM eſt tibi ingēiū Cagnola mi: magna dexteritas operandi
& prudētia: q̄ quū in te eminēter eluceāt/ ſummope delector tecū al
loqui. ſcio ꝙ es a natura pietatis ſtudioſus: ut maxīa audiēdo hæc af
ficiaris admiratiōe. ita exeūt exactores inhumāiter in paupes colonos. ita aui
de oīa pquirūt/ rapiūt/ extorquēt/ ut opib⁹ nullis: imo humano ſanguine/ ſa
tiari nullo mō uideant̄. hæc clades decidit in paupes agreſtes: nō ſingulis dīe
bus tm̄: ſed ſingulis horis. magnū ꝑfecto nefas. alii depopulant̄ domos/ &
uiſcera dōeſtica reſupināt. alii greges & armēta abigūt abducūtq;/ & ſub ha
ſta uili p̄tio ponūt. quūq; oīa direpta ſint/ miſeri captiuant̄ colōi: q̄ ſors diffu
ſa p hūc ſtatū nō pōt credi/ q̄ fuerit impia & ſcelerata. Gaudebamus paucis
añ mēſibus/ ꝙ ex hoſtilibus māibus exierimus: ſed nō aīaduertim⁹ ꝙ in do
meſticas īcidimus calamitates. cōqueruntr̄ paſſim denudati uiri: plorāt deſpe
ctæ mulieres & uiduæ: quorū cōqueſtus putam⁹ cœlos penetrare. in hac tā
ta ſollicitudine reliquum hoc uitæ nr̄æ uiuimus: ſiue potius (ut ita dixerim)
emorimur. Credo clemeñ. pricipē noſtrū nihil de his audire & ſcire. poſſes no
bis occurrere nō unā urgere neceſſitatē/ cui deos nō repugnare ſcimus. fate
or: ſed in rebus oībus/ actiōibuſq; hūanis modū ſtatuēdū eē aliquē oēs ſapiē
tes decreuere. iccirco uos q̄ſtores memores eē debetis mortalia Deū curare.
ꝓinde tibi ex ouiliis nr̄is hæc pauca ſcripſimus/ q prudētia & pietate excellis
ut des operā ne tm̄ ouiliēſibus meis onus īponat̄: ſed cæteris aliis modeſtius
grauedines īpingant̄. Erit tibi Marce Antōi mi & laudabile & honorificum.
Hæc uolui ꝓ nr̄a āicitia tibi eē p̄cipue nota. uale & me ama ut ſoles. ex ouiliis

PLVRI/

PLVRIMVM MAGNIFICO IO. ANGELO RITIO A SE
cretis excelleñ. ducis Franciſci.ii.Achati integerr.Hiero.P.bene eſſe.

HAbeo hic ĩ ouiliis meis clariſs.uir mi Io.Angele multos reges/& prĩ
cipes hoſpitatos.uerũ quũ te iter alios nõ ꝓſpexerim adeẽ.indignũ
duxi.ꝓinde te ĩuitamus/ut paululũ relictis reip.&pricipis nſi nego
ciis huc pedẽ ĩferas.nõ.n.ueræ amicitiæ cult⁹ illis enitet/niſi qñq; nõ cõue/
niãt/nõ diſcũbãt:nõ ſimul gaudeãt.abeẽ mihi puto ſẽſũ:quũ celebrẽ ouilias
meas:& te in medio illic nõ ꝓſpectẽ:te inq̃ amicorũ ſuauiſs. & ueriſs.te inq̃/
mihi plus cõmodũ/plus neceſſariũ/ q̃ elemẽta ipſa:ſine qbus uita haud con
ſtat hoĩm.pati mõ exiſtimam⁹ humanũ uſum cõſuetudinẽq; nõ poſſe eẽ in/
columẽ ſine amicitia:ꝑſerti eoꝝ/q undiq; uirtute exuberãt:undiq; officiis/di
ligẽtia/ſolertia cõmodi & ꝑtioſi ſunt:q̃lis tu es/q ueterẽ ſplendorẽ tuæ fami/
liæ Ritiæ nõ ſolũ ſuſtines:ſed auges/magnificas/illuſtras.neq; hæc tã uetus
tã nobilis ꝓgenies unã decorat patriã:ſed paſſim p Italiã honoratior habet̃/
Venetiis inter Patricios cõnumerat̃.Romæ multi nois & celebratiõis ſplen
det.opib⁹ & magiſtratib⁹ cõſpicua hic ĩ patria nſa.quantũ tua mẽs optima/
tuũ ĩgeniũ ſolertiſs.familiæ addat ornamẽti/qq; ꝑdicãt. nihil eſt tã graue/tã
oneroſum/tã difficile:qđ tua hũanitas & benignitas nõ ſubeat p agẽdũ apđ
principẽ nrm.Ignoſcãt obſecro cæteri/q magiſtratib⁹ eminẽt. digni.n.ſunt/
honorati/magnifici/iuſti:ſed tu ꝑ oĩbus hũanitate/mãſuetudie/ ueritate/fi/
de ꝑcellis.& miꝝ nõ eſt/ſi te tã chaꝝ/tã ꝑtioſum/ tã cõmodũ / tã expeditũ/
tã ueridicũ/tã prouidũ princeps nr habeat.merito tãt ĩ facit/ q huiuſce es na
turæ & ĩgenii:ut fortunæ blãditiis nõ mouearis/ nõ opũ potẽtia flectaris ad
ea/q̃ ꝓ repub.ꝓ principis ſalute/ꝓ cõmodo totius ppli/& ſtatus nõ conue/
niunt.ideo tua prudentia & tua ſapiẽtia te dignũ temporibus nſis facis: qui
omnibus benefacis/ſi potes/& nemini noces. Sic magnificus Eraſmus fra/
ter tua ſequitur ueſtigia:ſic ille tuus amabilis puer:quem auguror ad magna
eccleſiæ decora peruenturũ. Vtinam centum tui ſimiles Dux noſter circum
latera haberet.utinam per tui ſimiles cuncta quæ ad magiſtratus pertinẽt/gu
bernarent̃.& iuſtitia fieret.nõ praui rumores trñ ubiq; ſcaterẽt. ſed princeps
humaniſs.multa neſcit/q̃ ſceleſtiſs.patrãt.adiuua tu mi Angele clatiſs. quic
quid potes iuſtitiã/& bonũ publicũ.nos hic ſumus in ouiliis noſtris. non la
bi ſinimus diem/ut uoto/& ꝑcibus a deo Immortali nõ citẽ/ nõ petã/ut cõ
ſeruet principẽ noſtrũ incolumen/totius Italiæ ꝓfecto ſalutẽ:filiũq; ex legi/
timo Thalão hẽat:quo ſpes nſa diutinæ pacis aĩos oĩum cõfirmet. Tu uero
mi Angele clariſſime uitã cõſerua incolumẽ/ut apđ trñ principẽ aliis quo/
q; pro te incolumitas ꝑſtet̃.uale ex ouiliis noſtris.

AD ILLVSTRISSIMI AC MVNIFICENTISSIMI PRIN/
cipis Maximiliani Sfor.manes:Hier.P.de eius imagine picta in ouiliis.

HOSPES quicũq; es/q huc diuoluis greſſus/inſpice.hæc eſt ima
go Maximiliani Sfor.hic in parua picta tabella Locimiani pẽnicil
li opus molle/charũ mihi & poſteris meis: quã ego hic in ouiliis
meis inter principũ & regũ monumenta ſtatui añ meos ocłos ſæ
pe cõtẽplandã/honorãdã/& deoſculandã:cuius rei officiũ nemo ægreferat,

Sic enim manes illius a me repoſcunt gratitudinem : quæ tam diu in animo
meo reſidebit uiuida/quamdiu ſuperfuerit mihi uita.nam ſi Ariſtidis Theba
ni pictoris egregii tabulæ:ſi Prothogenæ/ſi Praxitelis/Phidiæq; opera apud
mortales magno cõquirebantur pretio:ſi Mentoria uaſa a C. Cæſare/ a Can
daule rege tanto ære exiſtimabantur : ſi Gnidia Venus Apellea manu picta
in tanto pretio fuit:quanto mihi debent eſſe huius benigniſſimi principis be
neficia/& imago/& memoria. Inſulſiſſimus profecto oim mortalium eſſem:
niſi manes illius perpetuo uenerarer . gratitudo & diis immortalibus & ho/
minibus & defunctis ſemper grata fuit:quinetiam brutis animalibus . Hel/
pis enim Samius a leone remuneratus eſt.Symonides quum quendam pro
iectum mortuum humaſſet:ab eo in ſomnis admonitus fuit ne nauem aſcen
dereterat quippe nauigaturus:& qui in ea aſcendere/omnes naufragio perie
re.ſic beneficii accepti nunquam uir bonus obliuiſcitur.utinam noſtræ pre/
ces/noſtra uota/noſtra holocauſta/ tuos tangerent & adiuuarẽt manes prin
ceps humaniſſime:quæ ſæpe uelut tibi ſuffragia piẽtiſſima impendo.Q uan
quã tuæ uitæ mores / tua illa æquitas/tua illa iuſtitiæ obſeruatio/modeſtia/
manſuetudo/in Deum affectio/in proximum benignitas & clementia/&ille
e uita e domicilio corporeo tranſitus prudentiſſimus / ſactoq; uiatico muni/
tus/innuũt mihi te inter accolas cœli reſidere.nouit ĩmortalis Deus illis mu/
tare ſententiam:qui nouerunt mutare propoſitũ.depoſuiſti imperium /ne pa
tria tua tui cauſa rueret . poſtq̃ uidiſti undiq; cincta incendiis / dixiſti minus
malũ fore cedere imperio/q̃ obſtare ruituro. quæ pietas nõ mediocrem apud
deos immortales obtinet locum . Marcus Antonius amicis mirantibus eius
triſtitiam in adoptione neſcitis (inquit) quanta mala ſecum ferat imperium,
Antiochus ſe teneri Romanis dicebat/quod modicis regni terminis fruere/
tur . & Dioclitianus nihil eſſe difficilius dicebat / q̃ bene & recte imperare:
ideo imperium Herculeo & Galerio ſponte reliquit:propterea q; legit Adria
num dixiſſe conditionẽ dominantiũ eſſe miſerrimã.quum cõtinuo mors cer
uicibus immineat/cibus ſuſpectus/non liber ſomnus/ non omnibus ſatisfa
ctio/ſollicitudo ingens.quotidie noui & noui ſuſpectus/tantaq; undiq; peri
cula ſcatent/obprobria/maledicta populorũ : ut iacentem humi ſtatũ nemo
recti iudicii/ac ſane mentis tollere ĩpellaſ :unde Dionyſius Syracuſarũ prin
ceps Damoclem dominandi fœlicitatẽ pluribus uiribus,in gratiã extollentẽ
perbelle redarguit.gladio appenſo equina ſeta ſup caput eius ſedẽtis in regia
menſa effecit:ut multis precib⁹ exoraret/ut abire liceret/qñ cognouit nullũ
imperantẽ eſſe beatũ.Sic tu ſapienter quieti tuæ conſuluiſti:nõ tñ amicorũ
utilitati:q liberalitate &munificentia tua quotidie exornabanſ :quibus tamẽ
cunctis nõ defeciſſet/nec abeſſet ullo mõ Illuſtriſs. ac humaniſs . dux Fran/
ciſcus.ii.frater tuus:ſi aduerſa fortuna eius uirtuti/& benigniſs. aio nõ obſti/
tiſſet.Decẽs tñ fuiſſet & eſſet:ut librarũ. x. millia/quas tẽporibus tuis Fiſco
ducali ſup molæ uectigalia mutuauimus.&aureos ſex mille p me mutuatos
ſup ſale reſtitueret Fiſcus. nã ad hæc debita qlibet Fiſcus ſub iuſto principe
de iure teneſ :quũ idẽ ſemp ſit Fiſcus.tũ illud mihi incõmodo acceſſit & nõ
paruo dãno.nã domus quã mihi uẽdidiſti una cũ bonis Burri iniuſte ablata

eſt.

eſt. atq; ex hoc quod ſum aſſequntus tot multorum inimicitiæ fuere / quot
milia ducatorum habueris a me Veronæ / & alibi anteq̃ ingredereris auitũ &
paternũ dominiũ. adhuc apud me ſunt chyrographa tua ex manu propria /
& tuorum agentium. Cæterum fuere dum eſſes in humanis nõnulli quæſto
res regii: qui ſe ultro obtulere in penſione tua pro iuſtitia mihi ſatisfacturos:
ſed hoc dum tractaretur: ſolebas dicere ꝙ pars nr̃i mutui fuit pro reducendo
illuſtriſs. fratre tuo ex Vienna Germaniæ. ſed a neutro mihi ſatisfactum eſt.
quod quantũ ſit æquũ tu ubicunq; es / ſi potes / uides. Doleo interim ſi hac
de cauſa tibi aliqd oneris imponit. ſed recreãt me multa bona ſigna: q̃ oſten /
dit mihi inclytus frater tuus. Exiſtimo pro eius innata clementia: poſtq̃ erunt
cuncta bñ cõpoſita & ſedata: his priuatis rebus cumulatiſſime ſatisfacturũ
reiecta improborum prauitate. nam ſi ouiliæ mihi ueditæ ſunt / & pretium
te e noſtris manibus recepiſſe quiſq; ſcit clarius luce meridiana: & præter ꝙ
in uenditione continetur: conueniebat tñ ut officiorũ meorũ potius memor
eſſes / q̃ Fliſcæ mulierculæ. qualis fuerit fides mea erga te & fratrem in aduer
ſis: ueſtrum & aliorũ ſit iudicium. Scit ipſe dux prudentiſſimus optimorum
eſſe officium principũ creditoribus ante oĩa ſatisfactum iri. Deinde aliis be /
nemerentibus benefacere. nam qui largitur / & in alios effundit bona: & qui /
bus ſatisfaciendum eſt / nõ ſatisfacit: non eſt liberalis. quia uni eripit / & alteri
dat. ſed hæc mortalia omnia ſunt / & mortales curant pro cõmodis humanæ
uitæ: in quibus mea bonitas me decepit. altius intuendum eſt: & ad ea bona
quæ non fallunt. Tu uero ſi apud cœleſtes locum obtines: ſis nobis fœlix: &
noſtra piis oculis deſpicito: & apud nos diu bene ualeat excellentiſſimus fra
ter tuus: cui optima & meliora q̃ optet tribuat immortalis Deus.

ILLVSTRI PERBONO: TRANQVILLVS
de ſancto Nazario fœlicitatem.

TV uide quam arroganter ad te litteræ meæ perferuntur. nõ enim
adduci poſſum / ut abs te / poſteaq̃ has acceperis / ſuperbiæ nomi
ne accuſer: utpote qui nulla dicendi facultate præditus uirum un
diq; doctiſſimum importune aggredi auſus fuerim. uerum quod
mihi conſueuit omnibus in rebus adiumento fore: id quoque hac in re haud
deficere poſſe exiſtimo. nam quo magis arrogantia poſſum: ſubſidio mihi hu
manitatem comparaui. quæ quanta ſit / niſi tempus / & ſpatium datum ſit / in
telligi non poteſt. liber tuus Ouiliarum lectus eſt: & legitur a me diligenter:
& cuſtodiri diligentiſſime a me optarem. res & fortunæ tuæ mihi maximæ cu
ræ ſunt. equidem ob filiorum ſuorum quotidie faciliores mihi / & meliores ui
dentur. ita enim natus / ita educatus / ita doctus es / ita nec nõ ab omnibus co
gnitus: ut eis ne idem faciant / turpe ſit. Quo ſit / ut pro noſtra ſtudiorũ con /
iunctione ouiliarum librum a te petere audeam. & huic petitioni hoc plus
confido: ꝙ ea alios nunq̃ fefellit. Cæterum nil aliud rogo / & oro: quam ut ti /
bi perſuadeas: quod facile debes: quum intelligas paternam erga me amicitiã
imitari me debere: me amore / pietate / obſeruantia / qua te colo / ad filios acce
dere. erit itaq; humanitatis tuæ: me in numero tuorũ habere. quod ut efficias
te magnopere rogo. hoc ei gratius facere mihi nihil poteris. Vale memor nr̃i

Digitized by Google

IVRIS PONTIFICII ET CAESAREI MONAR/ chæ Franciſco Ripæ de ſancto Nazario illuſtri Senatori: Hiero/ nymus Perbonus Marchio fœliciter eſſe.

QVO me magis gratulatum uertam Franciſce eminentiſſi
me doctor/an patriæ/an liberis meis/cæterisq; qui frugẽ
eruditionum quærunt:in ancipiti profecto eſt animus. ue
niſti ad nos in hiſce circumfuſos tenebris fulgentiſſimum
ſydus:ut labentem diſciplinam/ & legum reparares uaſa/
ria:patriæq; propagares immortale nomen.ea Ticini Aca
demia:quæ paucis ante annis iniuria temporum labefacta
iacet:nunc tui ingenii uiribus lucidior reſurgit: & præſtantiſſime eminet: ac
per totum terrarum orbem tuarum alarum uigore indeſeſſa uolat. concita/
runt ingenii tui mirificæ uirtutes non unam regum/ & principum aulam:qui
te prope adeſſe/ & aſſiſtere uellent. nulla ſunt pene in uniuerſo gymnaſia:
quæ te non maximis ſtipendiis allectent:præcarioq; cõuocent. Sed uicit tuo
rum pietas/ & illuſtriſſimi principis noſtri ſancta uota:qui tanto alumno cũ
patriæ penatibus gaudet:& congratulatur.ego quoq; in partem accedo/ diis
immortalibus quantum queo/ gratias ago/ quod hæc ætas morumq; dimi/
nutio iam prope ad interitum uergens(numine uolente) te ſummum mode
ratorem nanciſcantur. Beati erunt noſtri liberi(niſi ipſi ſibi defuerint) qui no
uum Sceuolam/ aut Pomponium fuerint ſortiti: quo tot uolumina legum
fiant enucleatiora.beati ſane/ ſi tui diuini ingenii & inculpatiſſimæ uitæ imi/
tandos præponãt progreſſus. accedent tuto me hercle nauigia feſſa ad tuam
amœniſſimam ripam. ibi omniũ liquorum ſuauiſſima copia reficient cados.
iuuenes profecto in tua uirtute accenſi meliora reducẽt ſæcula: quos bellica
contagio deformauit miſere. patefiet per oracula tua uis omnium legum: &
tunc redibit cultior iuſtitiæ facies:& Saturnia quies. nos quantum quimus/
gentis tuæ longum ſtemma:ſed maioris per te claritatis propagandum:per ui
gilias noſtras amabimus & colemus: poſtquam tam humaniter probas no/
ſtrum opus ouiliarum/in quibus per longos ueterum monumentorum re/
ceſſus inquiſitu defuncti ſumus.quanquam reſidui laboris maius mihi ſu/
pereſt/unum & alterũ opus nondum manu ſolutum. illud de homine/ hoc
de malo homine cudendũ.nam in tot aduerſis rebus/quibus ante hoc tem/
pus uerſati ſumus/ & adhuc quorundam iniquitate premimur: nulla mihi
blandior accurrit fortuna:quam in his meditatiunculis. habeo ergo pro com
perto/ & in iis(niſi ſenſus deſit) unam exactiorem uiam hanc reperiri ad fœ
licitatis ædem.cætera uelut a limine ſalutamus.proinde te beatum/ te fœlicẽ
exiſtimamus:qui reiectis/ & poſthabitis iis cænoſis/inter ſancta legum/ & ſa
pientum decreta reſides immobilis/ſublimis/ imperturbatus/ tanquam A/
pollo in medio ſororum. ad te idcirco recurrimus: & Phœbea limina pulſa/
mus pro cauſis noſtris: quæ me iam grauioribus annis ponderoſum diſtra/
hunt.adſis/quæſo/dextro pede:& quæ introſpicis candidius conſulito. tum
illud adiuuato.poſtquam tanta tibi ſapientia exuberat:ut filii mei/quos iſtuc

ad capien/

Digitized by Google

ad capiendum ingenii cultum miſimus/poſſint ex tuo luculento fonte ama/ bilius haurire. plurimum conferre arbitramur in omni pertractando negocio benignam iuriſconſulti mentem. nos pro maximo habemus theſauro fortu/ naq; non poſtrema: ſi illi & tuum patrocinium fuerint adepti/ & ſilii tui tran/ quilli tanto genitore digni contubernium. cui opus noſtrum ouiliarum/ ut petit/ mittimus. Vale fœliciter. & ita uale: ut redames.

FINIS.

Digitized by Google

ra agere poſſunt.non autem in intellectũ/in uoluntatem ſolus Deus impri
mere poteſt.ſic nobis oſtendit ſapientia/ꝙ Deus omnia gubernat/& quæ/
dam mouet p ſecundas cauſas.Q uãuis ordinatio diuinæ prouidentiæ im/
mediate ſe extendit ad omnia/& ſe cognoſcendo cuncta ſimul cognoſcit p
totũ diſcurſum tẽporis/quæ aguntur in ſua æternitate.ſpectat ſingularia fu
tura/& contingentia.qđ aliis non datur/niſi per coniecturã/quando omni
bus adeſt per potentiã/per eſſentiam/per præſentiam.neq; quiſq̃ alius mira
cula exprimere poteſt q̃ ſolus Deus/qui facit mirabilia magna ſolus.& quã
uis omnia etiam minima diuinitus a deo diſponantur/ nihil tamen prohibet
aliqua accidere a caſu & fortũa.Contingit aliud præter intentionẽ fortuitũ
accidere/qđ reſpectu ſuperioris cauſæ non accidit. non enim quæq; ſunt
apud Deum fortuita/ſed prouiſa. quæ ratio fati eſſe poteſt. quod nil aliud
eſt quã diuinæ prouidentiæ explicatio/quæ quamuis ſit certa/non tamen
ſequitur omnia de neceſſitate accider̃.nã ſi prima cauſa eſt neceſſaria/ſecus
cõtingẽs effect⁹ ſequit̃/ ꝓpter quẽ cauſæ iſeriores cõtingẽtes ſũt & deficer̃
poſſũt/ſtat ꝙ diuina ꝓuidẽtia ſit/& multa cõtingẽtia eueniãt etiã mala ob
defectũ cauſarũ ſecũdarũ.& licet Deus ſit uniuerſalis oĩm cauſa/nõ tamen
eſt cauſa malorũ inquantũ ſũt mala.neq; derogat bõitati Dei quũ mala per
mittat/ut quũ bonũ unius nõ põt accider̃ ſine malo alterius.fit generatio nõ
ſine corruptione/& nutrimentum non ſine aſſumptione/& patientia/iuſti
non ſine perſecutione iniuſti.ꝙ ſi malum pẽitus excluderetur a rebus/ mul
ta bona e medio tollerentur.permittitur ergo malum in mũdo ut diuina bo/
nitas magis declaretur in bonis/& ſapientia in ordinatione malorum ad bo/
na.& quum rebus ſingulis diuina prouidentia ſecundum earum naturam
prouideat/Creaturæ uero rationali/quia per liberum arbitriũ ſui actus do/
mina eſt/ſingulari quodammodo neceſſe eſt prouideat.Hinc dantur præce
pta diuina/ut ſeruatis illis laudetur/neglectis uituperetur. interdum ſuper
naturalem facultatem rationis imponitur homini diuinitus lumen gratiæ/p
quod interius perficitur ad ſapientiam & uirturem.quibus eleuetur ad De/
um amandum/& in eo ſperandum/& ad ea agenda/quæ tantus amor ex/
poſcit.Hinc emanant ſuperne dona gratuita/quibus remittũr peccata quæ
gratiam interimebant.quibus remotis gratiaq; conquiſita/ultimum finem/
i deſt uiſionem diuinam/ueram fœliciratem conſequitur.& quamuis ſepa/
retur anima hominis/& proficiſcatur ad æternam beatitudinem/gerit tamẽ
ſecum naturale deſiderium/corpori derelicto rurſus una uniri/propterea ꝙ
ad ultimam hominis beatitudinem requiritur perſectio hominis/quæ eſt eſ
ſe animæ cum corpore.Iccirco anima nõ erit in ꝑpetuum a corpore ſeparatã/
quia ſi eſſet utiq; accidens eueniret contra naturam mors.tamen ſi ad natu/
ram corporis reſpiciatur/naturalis eſt/ſi uero ad naturam animæ/ & ad di/
neceſſe eſt habeat ſubſequentes. Et quia uirtutum nomina non ſolum diuer

ſam

ſam ſuſcipiunt formam/ſed diuerſam ſedē/ operæpretium puto exequi quo
uirtutes/quo maxime prudentia loco reſideant.uirtutes autem quia nullum
aliud aliter uere acquirere poteſt homo/niſi dum in hac mortali degit uita/
quærendum eſt quibus humanæ animæ partes collocent.& quia partes hæ
quas noſtri philoſophi potentias appellant/quædam naturam conſequun/
tur/quædam ſenſum/quædam appetitum/nonnullæ uero intellectū.Natu
rales nobiſcum uegetabilia & plantæ communē habent.ita illā ſicut & nos
nutriuntur/augentur/& generantur.quæ uero a ſenſibus nomē habent/ue
luti guſtu/olfactu/tactu/auditu/uiſu/ſic nobis inſitæ ſunt ſicut animali/
bus pronis ad pabulum. At illæ quæ ſequuntur appetitum/triſurcantur/
quemadmodum appetitus duplex habetur/unus qui ad ſenſum uergit/qui
ſenſualitas honeſtiori Vocabulo appellari ſolet & eſt duplex.iraſcibilis & cō
cupiſcibilis.Alter ad intellectum erigitur/qui & uoluntas dicitur.uirtutes
ergo quum ſint habitus laudabiles/& rationales/quibus boni ſimus/non
reſident in potentiis naturalibus/quum ea quæ a natura ſunt/neq; laudem/
neq; uituperium merentur.neq; rationi parent.ſemper enim eodem reuol/
uuntur curſu.Pari ratione nec in ſenſibus uirtutes locum uolunt.nam ſi/
cut non laudatur ꝙ homo bene creſcat/ſic nec ꝙ acute uideat/ꝙ bene au/
diat.neq; ſenſus obediunt rationi.non enim penes hominem eſt uidere cla/
rius/aut ſuſcius intueri.Iccirco ſi uirtus moralis eſt aliquid ſecundum ra
tionem in ſenſibus reſidere nō poteſt.ꝙ ſi nec in potentiis naturalibus/nec
in ſenſibus uirtutes hoſpitium habent/relinquitur ꝙ aut in appetitu iraſci/
bili/aut in appetitu concupiſcibili/aut in uoluntate/aut intellectu ſpeculati
uo/aut intellectu pratico uirtutes reniteant.& ut ſunt diuerſæ ſedes/ita ſunt
diuerſæ uirtutes.nam quædam ſunt intellectiuæ/& ſedent in intellectu ſpe
culatiuo/ut ſunt naturalis philoſophia/geometria/muſica/& aliæ quædam
ſunt morales/& ex his aliquæ ſunt in intuitu pratico/& hæc eſt prudētia/&
ſociæ prudentiæ.aut in uoluntate ut iuſticia.aut in appetitu iraſcibili/ut for
titudo aut in concupiſcibili ut temperantia.Ideo diximus prudentiam ſe
exhibere mediam inter uirtutes morales & intellectuales/quia in intellectu
pratico reſidet.& quamq̄ media ſit/inter morales connumerari debet/quia
maxime uiris conuenit.mali prauiq; poſſunt ſcientes/aſtuti/uerſipelles/
prudentes tamen eſſe non poſſunt.Ideo Ariſtoteles dixit eſſe impoſſibile/
prudentem eſſe non exiſtentem bonum/propterea ꝙ ita laboramus circa
uirtutes morales/nō ut ſciamus/ſed ut boni efficiamur.q̄ bonitas nullo pa
cto/ſine ſtudio prudentiæ comparari poteſt.Ideo prudentia primaria uir/
tus/tum quia in intellectu reſidet/tum quia cæteris moderatur.intellectus
enim eſt rationalis per eſſentiam.appetitus uero eſt particeps rationis non
per eſſentiam/ſed quia eſt idoneus rationi obedire.Igitur omnes uirtutes
morales/quæ duodecim ſunt.ſecundum philoſophos/his potentiis reſi/
dent/quas diximus.ex quibus ſola prudentia eminet in intellectu/& iuſti
cia in uoluntate.cæteræ autem in potentiis ſenſitiuis.ita humana fragilitas
requirit.poſtq̄ primi parētes coniecere nos in omnes naturæ defectus/opor

Virtutes
animæ ptes.
Appetit⁹ duplex.
Senſualitas duplex.
Virtus moralis.
Virtutes in potentiis naturalibus & in ſenſibus.
Virtutes intellectiuæ.
Virtutes ſpeculatiuæ.
Prudentia inter virtutes morales & intellectuales.
Prudētia bonis viris
Mali nō ſunt prudentes.
Prudētia primaria virtus.
Intellectus.
Appetitus.
Virtutes morales duodecim.
Parentes primi.

Digitized by Google

tuit humanum ingenium reperiſſe remedia/ quibus obſiſtere poſſemus
prauis affectibus. Ideo hoc officium datum eſt uirtutibus/ ut pertur//
bationes noſtras motus effluentes/ & nocuos cohercere poſſint/atq; di
Mediocritas aurea. Humana natura imbecillis. Paſſiones.
rigere actus in auream mediocritatem. nam poſtq̄ humana natura facta
eſt imbecillis/ ualidiores emerſere contra nos paſſiones. quæ niſi freno
uirtutum inhibeantur omnia in præceps ruerent. Nam uel exurgunt de
bono/ uel de malo. malum aut eſt futurum/ aut præſens. ſi futurum
tunc emergunt duo affectus ſiue (ut uſitatiori uocabulo utar) paſſio/
nes/ timor/ & audacia. Ille plus æquo nos reformidare urget/ hæc ul/
Fortitudo
tra terminum præcipites impellit. inter quas illico reſidet uirtus/ ut ad
utraſq; manum apponat/ quæ dicitur fortitudo. quæ in potentia iraſcibili do
micilium poſſidet. at ſi eſt malum præſens/ tunc humanus animus ratio
ne abiecta inſurgit ad puniendum/ & eo improuidus motu ad punien/
Manſuetudo
dum fit præceps. & tunc paſſio dicitur ira/ quæ appetit pœnam in uin
dictam. uel ſi refugimus reformidamuſq; inepte/ timiditaſq; exuberat/
illico occurrit bona uirtus manſuetudo/ quæ utraq; extrema de pellens
in medio ſe collocat/ & in potentia iraſcibili originem nutrit. Quod ſi uir
tutes elaborant circa affectus/ qui oriuntur ex bono/ tunc ſingulæ ſin/
gula ſua officia ſumunt. Nam bonum eſt triplex/ delectabile/ utile/ ho
neſtum/ quæ ſuis uirtutibus uelut pabulum obiiciunt. Nam circa paſ/
ſiones ortas ex bono delectabili illico adeſt magiſtra uirtus/ quæ temperan
Bonum triplex. Liberalitas & magnificētia
tia dicitur/ & in concupiſcibili locū obtinet. At uero circa paſſiones ortas ex
utili ſumuntur duæ uirtutes/ liberalitas/ & magnificentia. nam ſi illud bo/
num utile erit mediocre/ & commune/ tunc locum habet liberalitas/ quæ
eſt circa mediocres ſumptus. uel illud bonum eſt arduum & excellens/ & ſic
eſt magnificentia/ quæ eſt circa magnos ſumptus. & ſic liberalitas erit in con
cupiſcibili/ & magnificentia ratione arduitatis erit in iraſcibili. Quod ſi bo
num. illud erit honeſtum ſiue honorificum/ tunc uel ille honor erit medio/
Honorificentia. Magnanimitas.
cris/ uel erit excellēs. ſi mediocris/ aderit uirtus moderatrix ne quid excedat
deficiatq;/ & dicitur ſtudioſa honoris/ ſiue honorificentia/ & reſidet in con
cupiſcibili. ſi uero honor ille ingentem excellentiā attingat/ aderit uirtus ma
gnaminitas quæ modum oſtendat dirigatq;. & hæc in iraſcibili quie/
ſcit. cæterum ſi uirtutes habeant circa paſſiones quæ oriuntur ex bo/
nis/ ut communicamus cum aliis/ & quæ deſeruiunt nobis ad ueri/
Veritas. Affabilitas Conuerſio
tatem uitæ/ ſic illico tres uirtutes coram exiſtunt ut rectam rationem
in his teneamus ſcilicet ueritas/ affabilitas/ & bona conuerſio. Veri/
tas hic ſumitur non pro uirtute ſpeculatiua/ ſed pro ea animi ingenui
tate & candiditate/ ut quando aliquis non eſt hypocrita/ uel iactator/
ſed idoneus & commodus uerbis & factis oſtendit ſe talem. Verum
affabilitas eſt quando quis in conſortio eſt ciuilis/ & affabilis face//
Eutrapelia.
tuſq;/ non adulator/ non difficilis/ non ſubdolus. eſt & bona conuerſio/
quam Græci Eutrapeliam appellant/ quum aliquis ſe habet ita in io/
cis aut ludis/ non ut hiſtrio/ nec agreſtis/ aſper & ſeuerus/ ſed ut expe//
dit & res expoſcit/ ſe uertit. & hæ omnes tres uirtutes/ quæ non ſunt circa

aliquid

Digitized by Google

aliquid arduum ſunt in concupiſcibili. ſic igitur quattuor potentiæ animæ ſunt ſuſceptibiles uirtutum / quæ duodecim ſunt apud philoſophiam / quia una eſt in intellectu / & eſt prudentia / & una in uoluntate / quæ eſt iuſtitia. ita in iraſcibili fortitudo / manſuetudo / magnificentia / magnanimitas. deinde in concupiſcibili ſunt ſex uirtutes / temperantia / liberalitas / honorificentia ſiue honoris ſtudioſa / ueritas ſiue canditas / affabilitas / & eutrapelia ſiue bona conuerſio. Et quamquã duodecim ſint uirtutes quarum rectrix eſt prudentia / tamen multæ aliæ diſpoſitiones ſunt / quæ ſequuntur ueſtigia uirtutum / & illis mirifice ancillantur. imo pro uirtutibus quandoq; ſubeunt nomina / ut modeſtia / pietas / clementia / integritas / innocentia / ſimplicitas / conſtantia / continentia / humanitas / ſobrietas / facilitas / hoſpitalitas / benignitas / promptitudo / ſolertia / diligentia / perſpicacitas / beniuolentia / amicitia / gratitudo / officioſitas. quæ omnia ad illas / uel ſub ratione illarum conferi / bi poſſunt. quædam aliæ ſupra uirtutes morales reſident / ut charitas / fides / ſpes / & alia quæ his inhærent / miſericordia / eleemoſyna. & aliæ quas ſapientia Chriſtiana recolligit. ſed quia de prudentia ſermo eſt / quæ cæterarum uirtutum eſt Regina / ideo qui plene eruditionem de prudentia habet facile omnium aliarum uirtutum ſiue diſpoſitionum ad uirtutes cognitionem habere poterit. ſupra uero omnes uirtutes illa eſt quæ deo proximior aſtat. ut uirtus heroica / ſiue ſapientia / ſiue diuina cognitio. nam ſicut ſunt aliqui homines adeo pingui / & craſſo ingenio / adeo ſtolidi / ut prope parum differant a beſtiis / ſic aliqui uirtute tam excellenti eminent / & boni ſupra modum / ut diuini prope Deum reputentur. ſed uirtus ea / quæ tantopere lucet in actibus humanis / quæ omnes alias uirtutes dirigit / quæ tantopere principes & reges euehit ad aſtra / ſicut te princeps Illuſtriſſime qui in omnibus quæ regiæ maieſtatis intereſſe uiſa ſunt / & ad honorem / & dignitatem / & ſplendorem Chriſtianiſſimi regni pertinent / tam exacte tractaſti / tam ingenioſe ad uotum conduxiſti / ut te iam prudentiæ filium & alumnum exiſtimemus. ſic tibi tantum eſt hæc uirtus familiaris / ut exactius ex te cognoſci poſſit / q̃ quouis calamo deſcribi. Icciteo non abibit a meis Ouiliis inhoſpitata hæc tua uirtus / quam mirifice hic ſub tuo nomine excolimus. gratum ſane patrocinium / q; meis liberis poſteriſq; cogitamus futurum. ſic tua Mens prudentiſſima meretur / ut omne ſæculum de tua ingenii uirtute loquatur / & fidem faciat. neq; eſt profecto alia uirtus / quæ uelut naui / aut uehiculo ad immortalitatem alias uirtutes trahat / quam prudentia. nam ad quinq; comparari poteſt / ad uirtutes morales / quarum eſt rectrix. ad uirtutes intellectus / reſpectu quarum eſt præceptiua. ad materiam circum quam uerſari ſolet. ad ſcientiam / & ad artem. nam quo pacto cæteræ uirtutes finem quem tantopere expetunt / attingere poſſunt / niſi docta prudentia inuiet? pace dixerim temperantiæ / ſi credit deteſtandas laſciuias / & luxus / ebriationeſq; & impudicitias / ue-

[Margin:]
Animæ quatuor potentiæ.
Virtutes ſuſceptibiles duodecim.
Diſpoſitiones.
Virtutes quæ ſupra morales.
Sapientia uirt' heroica
Virtus quæ principes.
Anna patrocinium perbonis.
Laſciuias effugere.

neriſq; illecebras aufugere / & ſobrietatem ad quam uergit inclinatq; capere poſſit ſine metro / & ſine prudentiæ luminis ductu . propterea q̧ prudentia bona mentis qualitas eſt quæ cæteras uirtutes in finem regit.

Virtutes in intellectu: Inueniendi & iudicandi uirtus.

quid item uirtutes quæ in intellectu ſunt / operoſius nauarent / niſi prudentia aſſiſtat / quarum eſt præceptiua? nam inueniendi uirtus prima / iudicandi ſecunda / quæ duæ in intellectu germinant / quid facerent / niſi prudentia præciperet / præceptaq; diſponeret? ut q̧ inuentum / q̧ iudicatum / exequendum conſequantur optatum finem .

Finem optatum conſeq.

inuenit illa . iudicat hæc . at prudentia immediatius dirigit in opera facienda.

Actus & opera in moralibus.

Nam quum in moralibus actus & opera potiora ſunt / q̄ ea quæ præcedunt / ſequitur ut prudentia quæ immediatius ſe habet ad ea / ſit potior & nobilior aliis . ſemper . n . prudentia circa agibilia & ſingularia / & particularia uerſatur applicando / uniuerſales regulas & leges ad ſingularia negocia . ac per hoc ſeparatur a ſcientia / quia hæc de rebus neceſſariis / quæ immutabilem ſubſtantiam ſortiuntur negocium habet / illa uero eſt actuum humanorum & rerum contingentium exquiſita manus / quæ contingentia in noſtra poteſtate ſunt. Ideo ab arte etiam diſtingui ſolet / quia ars reſpectu factibilium excolitur / nec præſupponit rectitudinem uoluntatis.

Ars

Prudentia uero reſpectu agibilium / & præſcribit ſibi integritatem rectitudinemq; appetitus .

Philoſophus peripateticus. Artifex peccans. Prudens ultro peccans.

Recte ille peripateticus philoſophus dixit q̧ artifex uoluntarie peccans eſt melior q̄ peccans non ſponte / ſicut prudens ultro peccans eſt peior. Quod ſi quis totam prudentiæ faciem intueri uelit / hoc modo poſſimus uelut penicillo deliniare . prudentia eſt uirtus intellectualis / quæ dirigit uirtutes morales / & præcipit ſecundum inuenta / & iudicata uerſando / & diſcernendo / priuati / & contingentia / & agibilia ſecundum uniuerſales canones & leges præſupponens rectitudinem uoluntatis. Igitur per prudentiam dirigimur in bonum finem / in quem cæteræ uirtutes morales nos alliciunt. Iccirco qui magna exequi cupit / qui imperium regit / & populos & urbes / maxime decet continuo uti prudentia / propterea q̧ non aliud eſt q̄ quidam oculus / quo bonus & debitus finis perſpicitur . q̧ ſiquis eſt qui hoc oculo careat / profecto non eſt dignus imperio. Ita mater hæc prudentia uirtutum dici poteſt / cuius ubera octo pendere ex utero dicuntur / memoria / prouidentia / intellectus / ratio / ſolertia / docilitas / experientia / & cautio.

Prudentia octo uirtutes generat.

ſic habet res per hæc quæ uidentur infinito curſu labi / redire / corrumpi / regenerari / prudentia ſuo diuino moderamine diſcurrit / regit / & præcipit. ſic neceſſe eſt / ſi omnia uult redigere ad metrum contingentia / hæc & agibilia memoriæ theſauro continuo utatur comparando / æquiparandoq; / propterea q̧ plurimum futura ſunt præteritis ſimilia.

Memoriæ theſaurus. Prudens.

prudens cunctis abiectis uanitatibus memoria recolit q̄ præterita / quæ præſentia afferant de futuris ſedendo / cōſiderando / ita prudentior euadet.

Indagatio rerum.

neq; unq̄ ceſſat indagatio rerum a prudentis animo . ita cuncta diſponit & prouidet / ut pœnituiſſe nō cogat. habet uelut p̄ſentia / q̄ de futu

Digitized by Google

ro contingere poſſunt per eas rationes quæ a naturæ lapſu non diſcrepant.
Ita prudentibus prouidentia datur/ut diſquirat quæ uſui & commodo fo/ *Prouidentia*
rent idonea.neq; diſcedit ab uniuerſali norma ubi intellectus reſidet.ita ad
ſingularia hæc dimenſiones diſponit/ut hæc/& illa inuicem ſibi conſtēt &
quadrent.nam intellectus uiuax uniuerſalia ſancit/quæ frangi nō poſſunt.
Ideo per illa deſcendit prudens ad hæc priuata/& ad has ciuilium motuum
formas.neq; uniuerſalia cuncta recipit/ſed ea dumtaxat/quibus ratio priua
ta rerum quia conformis.multa nobis ſenſus ingerit/quæ ab uniuerſalibus *Senſus ingerit*
extrahere non poſſumus.multa quoq; a ſenſu adimit ratio/ propterea q; fre *Ratio.*
quenter decipiuntur ſenſus/& ſiue obiecto/ſiue medio non integro/ſiue or *Senſus.*
gano dimoto plerumq; labuntur.Iccirco in his non deſes prudens/ſed om/
ni ſolertia uigil aſtat.ſiue domeſticæ res mentem trahant/ſiue publicæ oc/ *Prudentes.*
cupent/aut pace/aut bello negocia tractent/omnino habent prudentes an/
te pedem ſolertiam/qua negocia ad actum excitantur.neq; refugit prudens
ſi quid ineſt/quod ingenium fugiat/addiſcere/retinere/atq; uſui ſuo accom
modare.Non.n.prudentem craſſa minerua conuenit eſſe/ſed cui ſit innata
docilitas/ut per eos qui ſapientes exiſtimantur/aliquid ſibi reponat/quo uti
poſſit/quum ſors aut occaſio procurandum cogat.non parum a natura quo *Prudens a*
q; iuuatur prudens/ſi eas condonauit partes/ut ad omnia percipienda ſit *natura iuua*
docilis/& idoneus.plurimum naturæ debet/qui auctus eſt eo munere do/ *tur.*
cilitatis.tanta eſt hæc docilitas/ut multi ſine aliquo auxilio ad magnas uir/
tutes/& ſcientias perueniſſe dicantur.ſed excitat omnia hæc ad ueriorē ſen *Docilitas.*
ſum magiſtra rerum experientia/quaſi natura nobis uelit de ſe fidem certio
rem reddere/dum inter agibilia experientiæ inſtrumentum probe ingeſſerit/ *Experientia*
ut cognoſcamus nihil doli/nihil imperfecti in lucem a ſe editum/quum ue *magiſtra re-*
ra tetigerit quid nam ſit ſagax experientia.per id adminiculum ſæpe prudēs *rum.*
excellit/neq; contingit ut malis prauiſq; decipiatur dolis.atq; per experien/
tiam facile emergit cautio/ut ſciant homines non naturam reperiſſe dolos & *Natura nil*
uaframenta/ſed homines.& ut homo homini ſolet fieri Deus/ quum adiu *imperfectū.*
uat/quum præſto adeſt fortūis & diſcriminibus/ita lupus ſolet fieri impro
bus & neq̄.hæc ſunt illa prudentiæ inſtrumenta/per quæ in officina ſua tan *Cautio.*
topere elaborat.tantum in omnes partes prudentia ſe explicat/ut nullū ani/
mal uideatur fuiſſe a natura priuatum aliquo prudentiæ beneficio.habēt pro *Homo ho-*
fecto animalia ipſa aliquod prudentiæ ueſtigium.Pecora uitare norūt quæ *mini deus.*
ſemel læſerint/atq; itinera illa non repetunt ubi in foueam corruerant.tena/
ces laqueos auis puſilla declinat/nec retia ſuſpecto loco negligit.hæc om/
nia a natura ipſa animalibus cunctis indita ſunt.quippe ni id prouida natu/
ra ſanciſſet/omnia profecto caſus aſſumeret/ſi curam ſalutis propriæ aliter *Caſus.*
non haberet.& ſi Ariſto.dicat/Iuuenes non poſſe eſſe prudentes quia ca/
rent experientia/quæ tempore conficitur/tamen eam conditionem habent *Prudentes*
a natura genitam/ut p ſolertiā prudentes euadere poſſint/ſi in operabilia ſe *an iuuenes.*
dedāt.ſenſus uero præſertim in homine/magnā partē cōferūt ad ꝓuidētiā.
calliditas uero/aut nequitia/aut aſtutia prudētiā nō faciūt neq; comitant.
neq; p hos ſubdolos miniſtros prudēs ꝑterita cogitat/& futura ꝓuidet/ ut

per ſcientiam bonorum & malorum poſſit uerum habere delectum/ quum
Prudentis eſt præſcire.
alterum ſequi/alterum euitare pernoſcat.præſcire utiq; prudentis eſt/atq; ut
refert Diogenes/prudens ſi exierit domo/ primo quid ſit facturus cogitat.
quum autem intrauerit quid fecerit mente reuoluit.qd illud eſt idem Py/
thagoræ.nam duorum temporum maximam prudens habet curam mane.ſ.
Virtutum uſus non abſq; prudẽtia.
& ueſperi ideſt eorum quæ acturi ſumus/& quæ geſſimus. propterea cun/
ctas actiones uirtutũ prudentia examinat.Ideo recte Xenophon in uita Cy
ri aſſerit nullum uirtutis uſum abſq; prudentia utilẽ eſſe.& ciues ſi ſine pru
dentia uiuant/neq; publicis neq; priuatis rebus boni uiri officium præſta/
Medicus.
re poſſunt. Quinimo audeo dicere nullam in rebus humanis operam re/
cte poſſe agi ſine adminiculo prudentiæ.medicus ad unguem eſſe non po/
Nauta.
reſt etiam peritiſſimus/ ſi prudentiæ uiribus caret.Nauta fruſtra per curua
littora/ & pelagi minas impellit nauem/ ſi per uſum & experientiam non di
dicerit a prudentia quæ agenda/quæ fugienda ſint/ni omnes perpendat ca/
Prouidentia
ſus/ni temporis futuri eminentes ſpectet uices.nam nullum numen abeſt/
ſi ſit prudentia.Ideo pars hæc quæ de futuris cognoſcit aut pronoſticat/ p/
Prouidentia ſumma in deo.
uidentia dicitur.& tunc prudentes proſpecta a longe calamitate conſilio ſe
præmuniunt/ut uenientem aduerſæ fortunæ impetum ſciant propellere.ſed
Fati nomen.
hæc uis in rebus humanis pars prudentiæ eſt/in deo ſumma prouidẽtia ap
Fatalis ordo
pellatur/quo infinita illa maieſtas complectitur.quæ quum ad hæc noſtra/
tia extenditur/fati nomen ſubeſt/quod temporalis ordinis rerum curſus ex
plicationem habet.ſed neq; alterum ab altero ſecerni poteſt.nam ipſe fatalis
ordo qui a prudentiæ ſimplicitate procedit/hæc ſingulariter diſponit/ atq;
temporaliter adminiſtrat.ſic inter nos prouidentes eos appellamus/qui lon
ge a rebus agendis intentius eminent/ſicut cautus qui dolorum ſpecies di/
Cautus.
ſcernit.ubi uero prouidentia abfuerit/omnia ſiniſtrorſum cadere neceſſe ẽ.
Iacula præuiſa.
Ideo ſapienter ille dixit minus iacula ferire quæ præuidentur.nam tolerabi/
liora mala ſunt quæ clypeo prouidentiæ mitigantur.melius eſt.n.præcaue/
Præcauere q̃ cauere meli⁹
re/q̃ cauere.& utilius eſt erubeſcere q̃ pauceſcere: nam in ipſis malis ſerum ẽ
cauendi tempus/quando ſerum conſilium pœnitentia ſequitur. Eſt igitur
in cunctis tum diuina tum humana prouidentia.quã ſi quis e medio tollat
non minus ponit cuncta caſu fluere/q̃ nullum ineſſe numen.ꝗ ſi rerum hu
manarum procurationem Deus non haberet/quæ nam eſſet perſpecta pie
tas? ubi uitæ ſanctitas luceret? ubi religio? in qua tota humani generis
ſpes reſidet. tolle Dei prouidentiam/ illico ſuſtuleris omnes uirtutes/il/
Franciſcus pbonifilius.
lico peſſum abibunt iuſtitia & prudentia.quæ omnia/quum uideo animum
tuum fili mi Franciſce omni diligentia & induſtria peragere/& in hac æta/
te non mediocri labore/auguror te ad ſummum prudentiæ culmen peruen/
turum.non.n.hæc tua indoles præterit pontificem ſapientiſſimum Aſten/
ſem/qui dum te ſacris adhibuit clericumq; in Chriſtiana Religione te con/
ſcripſit/liquido prædixit te futurum magnum in eccleſia Romana.Nõ ego
hunc puto ſuo decipi uaticinio/propterea ꝗ in diuinis pontificum eſt in/
dicare futura.incumbe ergo fili ſtudiis bonarum ſcientiarum/& ita incum/
be/ut prius te uirtutes/te prudentia nouerint eſſe ſuum hoſpitem/q̃ aliarũ
rerum

Digitized by Google

rerum actiones. uideo quum incidis in aliquas difficultates non prius eas
abiicis/q̄ enucleatas poſſideas.q; ſi feceris ſpero te fore perpetuum ubi/ &
familiæ noſtræ decoramentum.per hæc prudentiæ ueſtigia multi immorta
les apud hominum memorias facti ſunt.tum in rebus ciuilibus/tum in mili
tia/tum in ſtudiis præclaris.non aliter ad ſummam rerum faſtigia prouecti
ſunt/niſi ſumme prudentes fuerint.prudentia ea profecto fuit/quæ Dariū Darii prudē
docuit/ut ſuus equus prior hinnitum ediderit.iccirco a Perſis rex declara/ tia. Anaximães.
tus eſt.& Anaximāis prudens editio cauſa fuit/ut Alexāder magnus a Lam
pſaci excidio retraxerit propoſitum.nullum fortaſſe adhuc Romanorū im/
perium foret/niſi.M.Tullii prudentia Reſpu.fuiſſet cuſtodita.Solon ſimu M.tullii pru
lato furore prudenter bellum aduerſus Megarenſes concitauit. Zopyrus dentia. Solon.
mira induſtria prudentiæ peperit regi Dario triumphos.Quid enim tātum Zopyrus.
dicere poſſumus de illa excelſa prudentia Lycurgi/Numæ Pōpilii/qui in/ Licurgus
ſtituendis ciuitatibus populiſq; gubernandis tanto prudentiæ lumine uſi Numa pom pilius.
ſunt/ut pro diis habiti fuerint? Quid illi iuriſperiti egerunt niſi pruden/
tiæ uiribus Sceuola/Vulpianus/Paulus & Pomponius? quorum ſimi/ Iuriſperiti.
les hodie non minori prudentia uocamus Aretinum utrumq; Socinum/
Rolandum/Franciſcum/Curtium antiquum/& iuniorem/meo materno
genere propinquos & ambo fratres Decii? nonne excelluiſſe multa prudē/
tia dicemus? ſicut & Iaſonem Maynum qui tantos uoluminum aceruos Iaſon may-
ſua prudentia congeſſit/ut qui unum legerit/omnes legiſſe uideri potue/ nus.
rit.Tanta uirtus eſt prudentiæ ut pauca ſi reperiantur prudenter dicta/au/
reis quodammodo literis notamus.exiſtimatus eſt Scipio Aphricanus tum Scipionis
multis tum hoc præcipue dicto/malle ſe ciuem unum ſeruare/q̄ mille ex ho aphricani di ctum.
ſtibus cedere.Quid illud.M.Antonini dictum? qui ſolitus erat dicere mul/ Marci anto-
ta mala ſecum ferre imperium/ſed neq; illud in uiro prudenti ſolet pro illau nii dictum.
dato haberi mutare pro re & tempore propoſitum/ac rei gerendæ aliam &
aliam ſubire rationem. ſic fuit prudentiæ non parua Cæſari merces in acie Cæſaris pru
Pharſalica pugnandi genere inſolito uti ora ſcilicet tantum oculoſq; hoſti/ dentia.
um haſtis lanceiſq; petere.extat inſuper Antigoni regis dictum non minus Antigonis
prudens/q̄ utile in proſequendis bellis non magis a militiæ armis q̄ a tempo regis dictū.
re & occaſione capiendum eſſe conſilium.neq; q; arduum eſt/prudens uno
impetu demoliri tentat quum naturæ ſemper ſit inconueniens/ſed leuiori/
bus motibus paulatim deuenit ad exitum.laudatur Sertorii exemplum: qui Sertorius
docuit equi generoſi & fortis caudam hominem imbecillum & debilem poſ Equi caudā euellere.
ſe pilatim euellere/quā neq; ualidiſſimus homo ex ſtrigoſo equo & macie ob/
ſito brachiis robuſtiſſimis uno euulſu conuellere poteſt.propterea nihil eſt
magis aduerſum prudentiæ conſiliis/q̄ temeritas & repentina uis.In his tua
magne Magiſter apparet uirtus tum bello.tum pace.nihil agis niſi firmiſſi/
mo conſilio.nihilq; moliris niſi prudentiæ paſſu.faciſq; ſicut periuiſſimi me/
dendi artifices/qui famæ potius q̄ ferro ad expellēdā ualitudinis grauedinē L.lucullus.
inituntur.Maxima.L.Luculli de prudentia fuit laus/q cū parua manu duos Mitridates.
potentiſſimos reges Mitridatem/& Tigranē/illū cunctando/hūc celeritate Tigranes. Marcellus.
præueniendo/egregie fregit.Magna fuit Marcelli prudentia qui Annibalis Annibal.

uictoris exercitum magis arte q̃ uiribus/magis prudentia q̃ armis uincebat.
Pelopis dictum.
Prudentiæ fuit illud Pelopidis in ore ſolitum eſſe præcipue Imperatoris ali
Fabii maximi prudẽtia.
os ſaluos facere. An illud Fabii Maximi: nonne maxime fuit prudẽtiæ quã
tantopere ueteres admirati ſunt: cuius cunctationem non aliam exiſtimaue
re uirtutem q̃ prudentiam. uere beatæ ſunt illæ urbes/quæ prudentibus hi/
ſce uiris abundant/& quæ prudentum conſiliis gubernãtur. Ideo regnum
illud Chriſtianiſſimum diuturnum eſt/& tam diu durabit/q̃ diu illo prudẽ
tum conſilio gubernabitur. Nihil inſulſius q̃ Rempu. gubernari a plebecu/
Alexandria.
la. ſicut noſtra hæc urbs Alexandriæ mirum non eſt ſi frequenter in eas for
tunæ miſerias incidit/quibus ſolent ciuitates nõnullæ penitus ruere. Plebs
(ut euidenter eſt cognitum omnibus) ut plurimum a ſenatu diſſentit/quã
do multitudo nouarum rerum ſemp eſt auida. optimates uero ideo hoc gau
dent nomine/quia ſalubriori ſolent uti conſilio. uulgus uero ignauum/ ua/
num/cæcum/& leue eſt. tametſi ſtultitia totius orbis domina eſt. pruden/
Stultitia orbis domina.
tia uero quæ uirtutum uehiculum ducit/nihil utile eſſe exiſtimat/qd idem
honeſtum non arbitretur. & honeſtum ita munitum/ut nil potius reſpici/
at/q̃ optimam rationem/quæ magis atq; magis excolitur uſu rerũ. nam ne/
mo prudens naſcitur/ſed quem longus efficit uſus/a quo proueniunt ha/
Prudens quandoq; cadit.
bitus/quamuis nullus poteſt eſſe tam uere prudens/qui non quandoq; ca
dat niſi diuino præſidio foueatur. Iccirco multi philoſophantium dixere eſ/
ſe ueram prudentiam cum ſapientia coniunctam/propterea q; ſapientia il/
la/de qua intellexere/non aliam eſſe arbitramur q̃ Dei ſingularem gratiam/
& diuinarum rerum cognitionem. Ideo decipimur quum audimus ſenato/
Senatores prudentes
res eſſe prudentes/Iuriſconſultos prudentes & ſapientes/ciues prudentes.
quum multa faciant dicantq; non minus inepte q̃ ignoranter/& doloſe. qu/
um mẽs prudẽtis nullo pacto eſſe alia poſſit/q̃ ſanctior & bona/ex qua plu
Iureconſulti prudẽtes.
ribus futura commoda euenire ſolent. oportet ſemper ut iuriſconſulti q pru
dentes fieri cupiunt/de bono/de honeſto/de iuſto ſemper conſulant/atq;
nihil promant/nihilq; moliantur/inducantq; ſine charitatis lumine. hinc eſt
q; ubi aliqua magna ciuitas/quæ his abundat/qui alio tendunt/q̃ ad iuſtũ
& honeſtum/ſolet repleri litibus/diſcordiis/inuidiis/detractionibus/ſimul
tatibus/inſidiis/dolis/perfidiis/furtis/mutuis accuſationibus. & hæc om/
nia ea ratione fiunt/ut undiq; pecuniæ extorqueantur. debent igitur iuriſ/
Iuriſconſulti finis.
conſulti/qui prudentiæ inſeruiunt/ſuum noſcere finem/qui alius non eſt/
Medici finis
niſi ut ciues boni fiant. ſic medici prudentes dici ſolent ii qui omnem curam
& diligentiam inquirunt/ut male ualentes ſani fiant. proinde multi qui op/
Aſclepiades
timam aliquo inuento operam nauauere ſuam/conſecrauere immortalita/
ti perpetuum nomen. Ideo prudens Aſclepiades Pruſienſis ab antiquitate
exiſtimatus eſt/propterea q; repetit qua uinũ ægris mederetur. Iccirco bo/
ni medici honorandi ſunt. ſed multo maiori honore digni ſunt iuriſconſul/
ti/qui non corporis ſed animi medelam afferunt. ſed noſtra hæc ætas dete/
Aetas deterior.
rior eſt omni ſæculo fugata quaq; parte prudentia/& ratione bene uiuendi.
in id tendimus omnes. ſiue iure/ſiue iniuria lucremur/benefactum exiſti/
mamus. atq; eo deuenimus perſuaſionis/ut eos tantum exiſtimemus pru/
dentes/

Digitized by Google

dentes/qui ſciunt omni malitia augere opes. Ideo Deus ſatyricus dixit. Vn
de habeas quærit nemo/ſed oportet habere. quum igitur ſpectamus cauſidi Habere
cos aliquos/& ſi fuerint prudentiſſimi/quū non repleantur diuitiis omniū oportet.
ignauiſſimi/& ſtultiſſimi reputari ſolent. uerum quia uniuerſalem iudicem
habemus/qui omnium noſtrarum actionum & rationum computator eſt/
melius eſt paucis præeſſe cum prudentiæ ſtudio/q̄ ingentibus diuitiis cum
dolo & malitia acquiſitis/dominari. Diſcat igitur imprudens/& improbus
Chriſtianus id non ſolum a noſtris fidei certatoribus/& catholicis uiris di/
ctum/ſed a philoſopho tantum naturæ ſtudioſo Ariſtotele. in homine pru/ Ariſtoteles.
dente præſupponimus mētem rectam. Et ideo rex Salomon ſapientiſſimus
fore iudicauit impoſſibile in animam maliuolam ſuccedere prudentiam. pro Mens recta in prudente.
inde quantum decipiātur noſtri ſæculi principes qui magis aſtutos/& ua/ Salomon ſapientiſſimus.
fros homines conſiliis ſuis adhibent/q̄ probos uiros/& prudentes. exiſti/ Principes noſtri ſæculi
mant enim qui maiora uaframenta/& dolos/& improbas artes/aſtutiaſq;
ſciunt in euellendis nummis reperire/eos præcipue eſſe ſapientes/quū om/
nium mortalium ſint peſſimi/nulliuſq; prudentiæ ſtudioſi. Non ſunt iis ma
giſtratus regni gubernacula committenda/qui album uertunt in nigrum/
ſed ſenioribus prudentibus & bonis/quibus eſt conſilium longa experien Album in nigrum.
tia munitum. nam ſeris uenit uſus ab annis. aſſueſcendum eſt a teneris an/
nis grauia negocia perſcrutari/audire loquentium ſeniorum uerba/ſentire
quæ magni uiri proximis annis egerint/qui mores inculpētur/qui ue paſ Vſus ab annis.
ſim laudentur. Nam prudentes præceptores hiſce initia tradunt/ut pruden
tes adoleſcentes paulatim fiant. non. n. ſine magnis laboribus mortalis ho/
mo ad aliquam uirtutem peruenire poteſt/propterea q; hæ tantæ ſunt ex/
cellentiæ/ut non alibi ſedem habeant neq; alibi ſedere poſſint q̄ in anima
humana. unde non ſine continuo ſudore emananti ad eas ad earumq; domi
cilia peruenire poterimus/præſertim ad prudentiæ tribunal/qd in intellectu
ſuperiori parte poſſidet. labore igitur opus eſt. ſit nobis exemplo formica pu Virtutis ſedes
ſilla/quæ trahit ore quandocunq; poteſt/& addit aceruo/quum ſtruit non
incauta nec ignara futuri. Per labores igitur/per uſus/per experientiam/per Virtutes nō
præteritorum cognita prudētiam acquirimus/ſi mēs recta firmior præſtat/ ſine ſudore.
fueritq; in omni opere ueritatis ſtudioſa. plurimum tamen iuuat fortuna. ſed
prudens quum fuerit uſus omni ratione operandi/ſi quid ſiniſtrorſum eue/
niat/dolere nō poteſt/quia etiam a ſapientibus fortunæ locus reſeruatus ē. Formica.
quid autem fortunæ nomen hic reſonet/non modo diſputamus/ſed ꝓ nūc
tenemus eam eſſe diſpoſitionem/quæ ab optimo atq; immortali deo oblata
eſt. ſat habet homo ut ea agat & operetur/quæ a recta ratione non abeant/
quæ præuia probitate perficiantur/propterea q; prudentia (ut diximus) eſt
recta actio agibilium. & hi prudentes ſunt/qui remota omni malitia doloq;
rectiſſimo animi iudicio cuncta tractant. quibus ſi princeps bonus eſt/non
alios præponet. ſed quia uenalia cuncta exponuntur/nullum diſcrimen fa/ Venalia cuncta.
cimus boni ne ſint/probiq; & prudentes. dummodo ex his aliquid uoto ſuc
cedat noſtro/quo aut delectemur/aut nouis opibus augeamur/ſatis eos Mores nři deprauati.
prudentes habemus. Habent hoc quoq; ætatis noſtræ deprauati mores ut

quidam belli homunculi cultu ueſtiũ præſentes homines quaq; parte odo/
ramentis effluentes/qui nullo uirtutum præſidio muniti/ſed quia paternis
bonis pſtant/magiſtratus appetunt/& ante principes uolũt magni fieri/qu
Veſpaſianus. um ſint ineptiſſimi & ridiculi. Recte Veſpaſianus nobilis imperator quen/
dam Romanum unguento coram fragantem/quia ab officii dignitate erat
alienum/uoce grauiſſima increpauit/præturaq; priuauit dicens mallem obo
luiſſes allium. quanto operoſius fuiſſet ſi prudentiæ officia repræſentaſſet il
Princeps multa diſſimulat. le ante prudentiſſimum imperatorem q̃ uanitatum fumos. Multa tamẽ pru
dens princeps diſſimulat/ut ex his meliora eliciat. non. n. omnia quæ exactiſ
ſima iuſticia requirit prudens efficit/ſed metitur probe/tolerat/partim reſe/
cat/maioremq; affectum oſtendit ſuæ bonitatis/& prudentiæ pro bono
publico operoſiora exempla. aliquid etiam ipſe patitur/ut quæ alii improbi
Princeps vere prudẽs. refugiunt/æquiori animo q; aliter haberi non poſſunt/ſufferant. Quando
ille erit mihi uere princeps prudens/qui omni actione ſigna aliarum. quoq;
uirtutum oſtendit/non facit penitus totum quod facere poteſt/ſed quæ me
lius rebus publicis conducat. multa publice facit/ut cæteri exempla capiãt
bene operandi. multa confert in eos qui aliquid per uirtutem operati ſunt/
ut alii ad id & meliora animum applicent. multa quoq; ignoſcit/ut addiſca/
Lycurgus in alcandrum. mus per hæc prudẽtiæ ueſtigia ambulare. Lycurgus lacedæmonius qui ad
huc apud hominum memorias ob ſui animi prudentiam reſonat/non fecit
quod potuit in Alcandrum iuuenem. is. n. in iurgio oculum illi baculo di/
ſcuſſit. quæ res in tam ſapientem/& prudentem uirum commiſſa ad ſuppli/
cium Alcandrum citabat. ſed Lycurgus non modo non incommodo affecit
aliquo/ſed perhumaniter domi ſecum uoluit incolumẽ/ut a ſe prudentiæ/
C. Cæſar in catullum. & humanitatis officia reportaret. C. Cæſar qui totum orbem aut potiſſimã
partem ſubegit/quum omnium præconio floreret pſciſſus Catulli Veronẽ
ſis epigrammate non ſolum uindictæ ſuſpicionem non cæpit/ſed eum cænæ
adhibuit/atq; ut maius recõciliatæ gratiæ ſignum foret domum eius hoſpi/
Auguſtus. L. cinnam. tio eſt quandoq; uſus. Illud candidi & prudentis animi fuit in Auguſto im
peratore/qui. L. cinnam hoſtem & inſidiatorem non ſolum indemnatum uo
luit/ſed patrimonio reſtituto auxit dicens o cinna tibi hoſti olim/nunc inſi
diatori & paticidæ do ueniam. iam hic inter nos inchoetur amicitia/certe/
muſq; utrum meliori fide ego bis tibi uitam condonauerim/an tu accepe/
Titus veſpaſiani filius. ris. & Titus Veſpaſiani filius duos patritii generis affectati imperii comper
tos, non modo non ſupplicio affecit/ſed per q̃ prudenter admonuit/ut ab
incepto abſiſterent/miſſitq; ad alterius matrem procul abſentem/qui ei cæ
lerter nunciaret filium eſſe incolumẽ. eoſdemq; non ſolum familiari cænæ
adhibuit/ſed ſequenti die gladiatorum manus ſpectaturus/circa ſe de indu
ſtria collocauit. neq; hæc exempla quæ clementiæ effectus ſunt potuere in
lucem edi/niſi prudentiæ fuerit prius inſtructa conſilio. unde tam magni im
patores/ad hæc prudẽter acta/ppetuã memoriã apud poſteros de ſe peperẽ.
& audeo dicere mi princeps Illuſ. nihil eſſe ex ueterũ geſtis qd laudis apud
Alex. operoſa geſta. poſteros mereat̃ p̃coniũ/ni fuerit ex prudẽtiæ officina excuſſũ. An credis il
la Alexandri magni operoſa geſta tantã ſortitam fuiſſe lucem memoriæ/&

tantas

Digitized by Google

tantas undiq; uatum loquentes linguas/ni hoc fuerint prius prudentiæ poculo ſatis imbibita.quid illæ toties.C.Cæſaris de liberalitate oſtẽſiones/ perueniſſẽt ne modo ad aures noſtras/niſi eruditæ fuiſſent prudentiæ domicilio/ & qd maius dicam/ſi omnes uirtutes inter ſe conſilium ineant/ ſeparatimq; uelint ſine prudentia ſtudioſos actus explicare/profecto apparebunt informes & uelut corpora ſine uiuaci ſpiritu iacentia. O quoties uidemus reges & principes/& magnos uiros/& q regunt urbes/habentq; magiſtratus/multa probo animo & iuſto operari/quibus nulla de bonitate/de æquitate habetur fides/quoniam ſine prudentia operati ſunt.& quæ potiora exẽpla tibi Illuſtriſſime Princeps/qui tantum magiſterium in Gallia ornas/qui per totam Europam paucis annis nomen propagaſti tuum/ adducere uellim/q̃ quæ a prudentiæ fluuio emanauere/ decem erantuirgines/& ſcimus quantum eſt uirginitas cognata immortalibus diis/& tamen omnes uirgines & tam excellenti uirtute illuſtres tamen quinq; ſunt repertæ ſatuæ/& quinq; prudentes/propterea q̧ illæ neglecto prudentiæ ſtudio extra ianuam fœlicitatis excluſæ ſunt. O uerã & inextimabilem uirtutem prudentiæ/cui tantum eſt inditum officium/ut bona quæ hic mortales agunt/ non aliter fiant bona niſi ſigillis prudentiæ connotentur.Q uid magis facit tuum Chriſtianiſſimum regem excellentiſſimum/& ſupra alios reges eminentem/ q̃ prudentiæ ſanctiſſimi mores/ exequitur iuſtitiam/punit/in exilium agit/priuat/in carcerẽ compellit/& tamen ubiq; laudatur/extolliturq; eius clementia/pietas/liberalitas propterea q̧ nihil ſine prudentiæ metro efficit & molitur.ſic tu Illuſtriſſime Domine Magne magiſter tantum his ueſtigiis inhæres/ut nihil dicas/faciaſq; quin prius ad oraculum prudentiæ accedas. Hinc eſt q̧ per omnem Europam nomen tuum extollitur/& ego tãtis tuæ prudentiæ radiis compulſus hunc libellum de prudentia in Ouiliis meis compellaui/locumq; tibi primarium conſtitui.ſicut. n. prudentia omnes alias uirtutes præcedit/ſic tua mentis excellentia ob prudentiam inter alios eminet.pro qua/pro cuius officio ego/liberiq; mei/atq; poſteri tibi debebunt/ſi Hieronymum Perbonum amare dignaberis.& ad hæc/quæ ad tui nominis gloriam conſcripſimus/quum a magnis rebus mentem reuocas/ſi legendo quandoq; diuertes/plurimis omnium mortalium fauor cumulabitur.Tantum tui nominis patrocinium præſtabitur/ut liuor/denſq; mordax prope accedere non audebunt.Nos pro tua ſalute nouos aris imponimus honores.precabimur deos immortales ut te/animumq; tuum plenis uotis fœlicitent.

C.Cæſaris liberalitas/

Maiſter magnus in Gallia.

Decem virgines.

Virginitas cognata deo.

Rex chriſtianiſſimus.

F I N I S.

Quodcunq; obeſt plurimum obeſſe pōt.
Pœtentiam habere bonum eſt.
Multū debemus iis/qui nos ab erroribus liberauerunt.
Amicis benefacere eſt mutuum augere.
Deridere/& arguere ſæpe pariunt odium.
Mulier obſequens uiro dominatur.
Oportet ualidioribus īfirmiores obtēpare
Turpe eſt grandem natu uenari nomina.
Qui fideliter ſeruit natales honorat.
Generoſi animi eſt obliuiſci/& reminiſci.
Tria nūq̄ ſatura ſūt/fœmia/terra/& ignis.
Vnum eſt/& non dicam/quod conſuetudo ſemper auget.
Neſcit bene loqui/qui tacere neſcit.
Si adhibita remedia non proſunt contraria tentanda ſunt.
Medium nunq̄ extrema habent.
Si præſentia famā minuit/uirtus augeat.
Virtus quanta ſit quæq; explicat labor.
Magis laudanda eſt uirtus q̄ pulchritudo principis.
Senior elephas oſtendit iter iunioribus.
Sacrilegorum finis infœlix eſt.
Finis peccatorū eſt principiū oīm malorū.
Dux belli prudens non niſi parieti aperit conſilium.
Si uis cuſtodiri arcanum nemini dicas.
Sæpe qui aliis optant excidium ſubeunt.
Sumptus iuxta facultates faciendi ſunt.
Inſani ē caput aſini lauare/mortuos perūgere/& laterem aqua aſpergere.
Lucernam lucere facit oleum infuſum.
Recta amicitia omni affinitate fidelior eſt.
Roſæ non ſine ſpinis naſci ſolent.
Inter carduos/& urticas roſas ſæpe naſci cernimus.
Parū fellis non parū mellis amarū reddit.
Tria ꝓbāt cōſiliū rectū/honeſtū/& bonū
Rectitudinem ratio ipſa ſubminiſtrat.
Sine uerecundia nihil honeſtum eſt.
Cor ſtulti eſt in ore prudentis in pectore.

Loqui datur multis ſimpliciter ſed cum ratione per paucis.
Homo ſolus eſt bilinguis/ſed diu non incognitus.
Turpis ſermo mores detegit fœdos.
Experimentis eſt credendum.
Lingua eſt index cordis.
Æquum eſt honorare quoſcunq; quos honorat princeps.
Maxima pœna eſt interdicere ſtudioſis aduocationi & foro.
Pumiliones mente deficiunt.
Sunt qui ſint meliores ſerui/q̄ domini.
Non eſt in hominum poteſtate de imperii conſtitutione decernere.
Virtutis uberrimum alimentum ē honos.
Omnia malle debemus/q̄ impuriſſimi hominis imperium ferre.
Largus ſit princeps in remunerādo/in puniendo mitis & clemens.
Virtutis præmium eſt decus.
Virtutis lumen eſt ſceleris dedecus.
Virtus dilucidior eſt in iuuene q̄ in ſene.
Sol oriens magis fulget q̄ occidens.
Cuiq; ſuum eſt uitium.
Nobis de certis nulla elaborat ſcientia.
Aſpicimus maculam aliorum/& cæcitatem noſtram ignoramus.
Imperatorem eſſe dei eſt optimi.
Cui bn̄ feceris in aduerſis/merito ſpandū ē
Pulchrum eſt reges uincere/ſed pulchrius eſt eos facere.
A digniori ſumere debemus exordium.
Fatū ꝓ nobis nihil eſt/ſi ordo īmutabilis ē.
Futura ꝓuideri & præuiſa poſſunt caueri.
Fœlix eſt qui bene moritur.
Conſilium tempore matureſcit.
Conſilium bonum eſt ſi ſpem complet.
Res diuinæ incognitæ ſunt uulgo.
Pacē ſæpe quærit qui arma ſuſcitat.
Naturæ notiora ſunt nobis incognita.
Profiteri cuncta ſcire eſt amentis capitis.

Digitized by Google

Aduerſari magnis auctorib⁹ difficillimũ eſt

Suum quiſq; opus cupit extolli.

Meliora ſunt unguenta q̃/terram q̃ quæ crocum ſapiunt.

Nutricem indulgentiorem eſſe q̃ matrem ſæpe conuenit.

Non bene ſperet qui ſterilem terram colit.

Homo ut plurimum peregrinationis & nouitatis eſt auidus.

Etiam ſterilis terra inſanum repit emptorē.

Pœnitenda reminiſci dolorem renouat.

Quæ cito creſcunt/cito occidunt.

Humidis repugnant ſicca.

Aetas pulchritudinis ſe exſtēdit ad.xl.ānos

Humanius eſt laudare leges/q̃ obſeruare.

Magis nũc defēdere/q̃ audiř leges oportet.

Nihil eſt turpius q̃ gratiam non referre.

Ingratus nullam laudem ſibi uendicare pōt

Immemorē bñficiorũ oēs auctores mordēt

Dominium rerum collabi ſolet.

Mētis ſirma poſſeſſio fortunæ digitũ oñdit

Vulgarium oculi diuinitatis radios ſuſtinere non poſſunt.

Qui retro repelliř nunq̃ expugnabit urbē.

Qui continuo ceſſat incrementum odit.

Vxor exulanti comes dimidium mali tollit.

Nihil eſt affinitate coniunctius.

Iura ſanguinis ſunt immutabilia.

Nulla tam magna uoluptas/quæ aſſiduitate faſtidium non pariat.

Populo ſaturo nihil eſt lætius.

Diuturnitatem non metus/ſed beniuolentia efficit imperii.

Amari/& cũ admiratiōe ſpectari glorioſũ ē.

Glorioſum eſt diligi. & inuidioſum eſt metui

Deſcrepantium ſenſus denigrant ueritatē.

Qui bene ſentit bene conſulit.

Non uere ſentit/qui oracula conſulit.

Multo meliores ſumus in uerbo/q̃ in ope.

Quod a potētioribus cōcediř firmius eſt.

Ens nihil aliud eſt/q̃ potentia.

Colles non dant fruges niſi proſcindantur.

Voluit natura nos eſſe dociles.

Intelligentiæ multæ ſunt poteſtates.

Boni cupiditas bona eſt.

Sit ratio tēporis/& pſonæ. & decoris ordo.

Multa uariant modus/& uſus.

Infeſtantur etiam arbores morbo.

Diuites ſine uirtute præter auri copiã nullum bonum habent.

Quo leōis pellis nō attigit īduēda ē uulpīa

Cōmunis ſentētia nō facile oppugnatur.

Nihil uerecundius eſt/q̃ uictum quæ ere.

Inſulſus nihili pendet omnes homines.

Formoſam ſpeculum non facit.

Remedia nō ſunt/quæ uitia regenerant.

Propinquo opus nō eſt ubi amicus ſupplet

Vita eſt manca abſq; amicitia

Etiam ſolũ cultu faciem mutat.

Nobilitas īcipit a multis. & ī multis deſinit

Mille ſunt hominum ſpecies.

Filiam uiro nubere magna eſt lætitia.

Indecens eſt hominem uagari.

Priuandus eſt qui magiſtratu abutitur.

Peſſimum eſt ſi ui iudicia peraguntur.

Amet qui uult amari.

Ingenioſum nō eſt quod paſſim uendimus

Melius eſt agros colere. q̃ aurũ fodere.

Compaginē arenæ nemo ſine calce reperit.

Homo omnium animaliũ prudētiſſim⁹ eſt.

Pars opoſior dici mane niſi ſomn⁹ occupet

In cōſultationibus prōpius eminet īgeniũ.

Experientia in ſenibus conſiſtit.

Doctrina facit politiora ingenia nō meliora.

Humanas res digniores faciunt infortunia.

Inuita natura conatus noſtri uani ſunt.

Non eſt uirtus ſine probitate.

Virtutes beneficio naturæ egent.

Honeſta poſcentibus gratificari debemus.

Raro ſenex celeriter currere poteſt.

Paucis reſpondendum eſt.

Decet quēq; prudētē ſuã ſñiam exprimere.

Iuſtus iudex neutri parti fauet.

Nulla eſt uirtus ſine ratione.

Prudentia eſt recta ratio.

Nō eſt bonũ ſcire numerũ dierũ noſtrorũ.

Animo diſſidente non proſunt ſacrificia.

Cæci facile labuntur & corruunt.

Trahuntur a conuerſantibus mores.
Qui tēperanti ſe deuinxerit melior euadet.
Qui uult exui uitiis a uitiorum exemplis recedat.
Conatus reprobos natura reſpuit.
Nemo eſt ſatis tutus periculo proximus.
Virtus eſt ſummum bonum.
Bene agendo tendimus ad bonum.
Homo male uiuendo fœlix eſſe non poteſt.
Pricipis male progeniti peſſimū eſt impiū.
Non ſapit princeps qui amicos minores reddit niſi uelint ipſo maiores effici.
Rationis ꝓpriū eſt donec ad rectū redeat nunq̄ conquieſcere.
Bene olet qui nihil olet.
Mulier morata ſatis eſt ornata.
Turpes mores ornamenta foedant.
Ratio accepti & expenſi inter bonos bene conuenit.
Nuſq̄ eſt homini ſtabulū / ſtabile cōfidētia.
Timidus habetur pro nihilo.
Nequiter facere facile eſt omnibus.
Viuendum ita eſt ne nos pigeat.
Quædam ſunt ab ipſis / quædā ſunt ab alio
Natura generum ens eſt.
Non ſeccernitur omne ab omni.
Ad perfectionem uirtutis multo opus eſt labore.
Prudentia uirtus eſt præcipua.
In malis / nullum eſt bonum conſilium.
Turpis eſt amor ſenilis.
Potius mori q̄ fœdari.
Nihil eſt rectum niſi ratio illud dirigat.
A uirtute omnia bona proueniunt.
Laudabilior eſt ſurdus q̄ loquax.
Oderint homines dum bene faciamus.
Natura non cupit artificium.
Satius eſt fauorabili q̄ inuiſæ rei uacare.
Qui bene diſcit ſapit.
Eloquentia ab ætate cōmendatur.
In creticum cretica utendum eſt uerſutia.
Non ſolum Vlyſſes uerſutus fuit.
Non eſt quis prudens / qui non ſit integer.
Deridenda non ſunt facienda.
In rebus magnis nil eſt omittendum.
Honeſtis manibus omnia lætius ꝓueniūt.
Quod male emptum eſt / ſemper pœnitet
Innumeris hoſtibus nō eſt facile cōtradicere.
Non omnia opera legenda ſunt.
Iniuſtum eſt ut deterior potioribus præſit.
Similis nobis ſimilia facit.
Conciui intereſt opem ferre.
Ante uirtutem a deo ſudor poſitus eſt.
Modus uerbis eſt ſtatuendus.
Malus medicus auget infirmitatem.
Nimia paupertas ꝓculdubio graue malū ē.
Malū facile comparatur.
Nemo eſt ita bonus ut rurſus labatur impoſſibile ſit.
Non ſors inopina confringit.
Lex eſt miranda.
Iudicium lex ſequitur.
Humanorum bonorum maxima ſunt / lex & iudicium.
Bona noſtra plærunq; a ſuis calamitatibus inquinantur.
Anima ſoluta operum ſuorū rationē reddit
Dominatum mores ſæpe ancillarum moribus iudicantur.
Qui cum ſordidis / & aleatoribus uiuit / inter ſordidatos / & aleones numerari ſolet.
Bona corporis animo imitari non poſſunt
Aſſiduus uſus ingenium / & artē ſuperat.
Qui opes regias amplificauere in partem uocare ius eſt.
Laudanti magis q̄ carpenti fides adhibetur
Apud multos uituperare q̄ laudare iucundius eſt.
Omnia a deo ſunt fabricata.
Neceſſe eſt ut humani generis ſit finis.
Hominis probitas ſæpe poſt mortē detegit
Pyrum uulpes non comedit.
Tecnæ tandem euaneſcunt.
Quicquid Deus ſuggerit in mentem enunciandum eſt.
Ad unū ſaxum ſæpe nos fluctus efferunt.
Multum faſtidit ſimia & oculis fumus moleſtus eſt.

Digitized by Google

Non bonus eſt ſomnus homini de prādio.
Parata eſt res mala/ in ueſperum ſi cænan/
dum & cubandum eſt male.
Non temere contemnenda eſt aliena diſci/
plina.
Nil damnoſius eſt agro deſerto.
Socios probos deligere debemus.
Laudādus eſt qui nihil turpe patrat.
Senſus eſt cum mente coniungendus.
Cuncta ad uirtutem dirigenda ſunt.
Omnia boni gratia a Deo fiunt.
Experientia efficit bonum medicum.
Sola thyara non facit regem.
Neceſſitati nec lex/nec deus ipſe repugnat
Tanta eſt ſtultorum progenies/ut qui eos
uituperare pergat/ defatigetur.
Ille laudandus eſt/qui nihil turpe agit/&
medium tenet
Vſus & habitus plurimum operantur.
O ptimi muli ſunt ſi oneris quicquid im//
ponas uehunt.
Ingenii ſiue dotes/ ſiue damna natura ab
ipſa proueniunt.
Princeps exemplar uirtutis eſſe debet.
Bene ſibi cōſulūt qui obtēperant iuſto regi
Rex & medicus etiam inuitis benefacere
debent.
Leges a priuatis nō mutēt/ſed obſeruent.
Simul flare ſorbereq; haud facile factu eſt.
Hic eſſe & illic ſimul haud poſſumus.
Ignoſcendum eſt ætati.
Fac ut res tua ſit bene collocata in merci//
monio.
Homo ut plurimū timid⁹ eſt ī reb⁹ dubiis

Res mala tādem uertiur in foro/& in cerui
cem mali auctoris.
Ex motu aliquando homo iudicatur.
Beneficus amico/inimicus inimico.
Eius eſt nolle/qui poteſt & uelle.
Paupertas inopia uacua nō eſt damnāda.
Iucundum eſt cum ſuis uiuere.
Meli⁹ ē eſſe apud externos honeſte/q̄apud
ſuos obſcure.
Totus orbis eſt patria ſapienti.
Vires appetitui ſæpiſſime non reſpondent.
Pauciſſimos reperies/qui paternis uirtuti/
bus omni ex parte reſpondeant.
Infinitæ ſunt hominū fraudes/& inſidiæ.
Nullus reqrit an uirtus/an dol⁹ ī hoſte ſit.
Homo ad ſocietatem natus eſt.
Nemo ſuo tantum arbitratu quicq̄ agat.
Ius dicēs iuſticiā/æqtatē/& ueritatē ſeqt.
Fama ſemper ſuperare ueritatem conſueuit
nam uires acquirit eundo.
Prīceps īgratus maxīe apud īferos cruciat.
Satiſfaciendum eſt creditori dum uiuit.
Mos ē prīcipi bello & pace uti/ut ei utile ē.
Res & tempora ſecū afferre ſolēt uarietatē
Sine amico nihil eſt firmum.
Ante naufragiū ī tuto ſubducēda eſt nauis
Prudens nunq̄ iure reprehendi poteſt.
Magnanimus beneficia bn̄ficiis cumulat.
In tempore parua munera pretioſa ſunt.
Stultus eſt/qui cū periculo quærit/ quod
ſine difficultate conſequi poteſt.
Tyranno aliena uirtus formidoloſa eſt.
Amicitia tyrannorum fugienda eſt.
Nemo improb⁹ pōt diu ſuo ſcelere exultar.

FINIS.

Digitized by Google

Liber Uigeſimus Tertius De Juſticia.

Digitized by Google

Illuſtri Iacobo philippo Sac cho Mediolanenſis Sena tus Praeſidi Sapientiſ ſimo Hieronymus Perbonus Mar chio foelicitatē.

TVA Virtus/Amplitudoq; ingenii & ſapientiæ tuæ **Iacobus phi lippus ſacc⁹. Alexandriæ.**
tantum patriam noſtram honorat/ut auſim dicere non
ſolum per totam Italiam/ſed per totius Europæ ambitū
noſtram Alexandriam ita ob tuum uirtutum ſplendorē
præ cæteris excellere/Vt non ſit urbs aliqua tam excel
ſa tamq; famigerata cui inuidere poſſimus. gratulor ti-
bi tuoq; fœcundiſſimo ingenio/mihiq; gaudeo ſum-
mopere.nec enim mihi paruam fœlicitatis partem eſſe
reor/q tantum habeam amicum/tantum compatriotam/tantum cōpatrē/
talem mearum rerum tutorem/fautorem/defenſorem. Tua hæc bonitas &
ſapientiæ potentia facit/ut nunq̄ de te cogitem niſi honorifice/nec niſi cum
ſumma ueneratione loquar.habet patria noſtra quod de tantis tuis natalib⁹
mirifice iactet.Corona/decus/ornamentum/fama immortalis pro te erunt
perpetuo nobis.& quum in te tot & tantæ Virtutum opes reluceant/qui-
bus poſſes in ſumma grauitate te conſtituere/tamen omnibus humaniſſim⁹
appares/benigniſſimuſq; uideris/& ad tutandas iuſticiæ partes promptiſſi
mus/& acerrimus cuſtos. Has ob res nemo eſt in uniuerſo Mediolani po
pulo qui te non ſummopere amet/colat/extollat.Ipſe Excellētiſſimus prin
ceps noſter non alio potiſſimum in rebus magnis utitur adminiculo/q̄ tuo
ſapientiſſimo cōſilio.certe hæc ſunt q̄ te reddent immortalē & famigeratum
per uniuerſas Europæ prouincias/& apud omnes magnos reges celebratū.
nos pro magnitudine noſtræ neceſſitudinis a teneris annis/pro eodem ſa-
crarum legum ſtudio/quibus coalti ſumus/ut tantæ amicitiæ nexus apud
poſteros remaneat memoria/his in noſtris Ouiliis placuit connominari-
quæ monumenta partim tuis auſpiciis edenda ſunt.facit ad hoc tua excellen
ter edita opera in tutandis rebus meis a calumniatoribus.Ita iuſte/& ſancte/ **Fliſcus.**
& rite cuncta pro cauſa mea contra Fliſcum diuinitus potius q̄ humanitus
obſeruaſti/ut nihil aut inſidiæ/aut doli/aut extortæ defenſiones potuerint
præualere.qua re tantum tuæ excellentiæ & immortali uirtuti me debere fa
tendum eſt/quantum progenitoribus meis/qui ſolum me in lucem edide-
re.tu uero tua pietate/& manſuetudine cuſtoditum & reſeruatū eſſe uolui-
uiſti.propter quod ſpem maiorem in reliqua abſoluenda litis parte animo cō
cipio meo.Diis bene uolentibus/& te præſidente ſapientiſſimo ueri & iuſti
cuſtode/ſpero non præualiturum Symonetam/quem illegitimo matrimo/ **Symonetta.**

Pebodi iura.

Zenonis lex.

nio natum/non puto eſſe idoneum ad capeſcenda fœuda.nec ullam excita/re iuſtam contra nos actionem poterit/etiam in allodialibus / quum omnia mihi ſuggerant non leuem fauorem Decreta Ducalia/ binaq; perpetuo ſilẽtia. Et clariſſimus legis caſus / diſpoſitio.ſ.Diui Zenonis & quod potiſſi/mum deberet illum ab auditione repellere/ quando uenit ex emptione uili pretio facta a neſcio quodam abbate/quit nullum penitus ius habebat in re uendita/ut liquido conſtat in agitato proceſſu.Cuius fundamẽti fortitudo tanta eſt/tantum iuſtitiæ & æquitati annititur/ut merito a tanto præſide & ſenatu repelli debeat.Hæc & alia ad pedes tuæ ſapientiæ reponimus ſapientiſſime Præſes/quem omnino ſcimus pro iuſticia/pro æquitatis defenſione obnixe laboraturum.tum illud exoratum uelimus /ne ſinat me uectigali cauſa Alexandriæ deprimi/permittatq; ne plus fauor aduerſantium & calumniantium præualeat/q̃ legum ſanctiſſima decreta.Hæc cuncta tuæ pietatis oper/ta/& iuſticiæ decora/quam tuo ſanctiſſimo pectore geris / erunt perpetuo in noſtris monumentis Ouiliarum notata.in quibus præcipue te ab immortali Deo fœlicem optamus/ut ſis & amicorum & iuſticiæ omnibus temporibus certiſſimum ſydus. Vale decus patriæ/& iuſticiæ præſidiũ.Ex Ouiliis,

Digitized by Google

Reuerendiſ.ac Illu.D.D.Cardinali Lothoringiae Dignıſſimo Hierony/mus Perbonus Marchio Inciſae ac Ouiliarum Dominus Foelicitatem.

RARVM hoſpitiū reperiunt hodie trepidulæ ſorores/ quas uirtutes appellam⁹ R.euerē.ac Illu.dn̄e decus & columē Lothorīgiæ familiæ/ſplēdor xp̄iani regni.rarū ꝓfecto/& ad paucos ī hoc īfœliciſſimo ſæculo diuerte re poſſunt/quorū ſub tecto tuti⁹ ſedere/ac qeſcere ua leāt.undiq; īſidiis petitæ p orbē uagant̃.iopes/pānoſæ lachrymis & macie dformes paſſi añ mortaliū ora lu ctū gerūt/ & diſpſæ q̄cūq; fugiāt/neglectui habent̃. plereq; ad n̄ras Ouilias his ꝓximis mēſibus ītulere pedes.pulſauere ianuā. uocē edidere Lugubrē.apui ut uidi Virgineos uult⁹ ſudore madidos & pul uere pedes dealbatos laſſitudīe tumētes.accurri in amplex⁹.lachrymas cū la chrymātibus cōmiſcui meas.dolui cū dolētibus.ītra penetralia duxi/& quā tū meæ tenues potuere uires refocillaui libēter.Feci ſedere/& ad meā accū bere mēſam.Mœrebat hic charitas nō unos edere/ꝙ nullibi puſillū luceret. cūcti q̄ ſua ſūt/q̄rerēt.nō pietas nō miſericordia/nō paupies aīos cōmouerēt duros.ex alia pte ſtabat ꝓciſa fides plagis undiq; mutilata & deformis. Illic religio nō eodē uultu/nō mēte ſedere/nō taciturna/nō ſtudioſa ueri. ſed fi cta/diſſimulata/cupida/auara/ābitioſa ſupbiæ poti⁹ ſtudioſa.nullibi demū uera niſi ad paucos.ſpes tn̄ lætiori uultu ſedebat.uerū quū tāta nu mīa ego me nō poſſe arbitrarer tā paruis ſuſtīere larib⁹/ad diuerſos pricipes & reges deſtinaui tutas.ſub quorū uirib⁹ reuiuiſcerēt fierētq; eorū ope & fauore niti diores.at quū multo magis cōquerat̃ iuſticia ꝙ undiq; eſſet ītincta/labe pū cta/& lacera nō itegra reſidere Romæ/nō Mediolani/nō uenetiis/nō alibi quouis ēt loco p Europæ ptes excogitaui ad unicū eē mittēdā patrociniū ad te.ſ.R.euerē. & Illuſtriſ. dn̄e/quoniā ita tua Cādidiſſima mēs & iuſti & æq tā ſtudioſa/tā cupida p totū orbē habet̃/ut neſciā an tutiori loco iuſticia poſ ſit reſidere/q̄ apud tuos ſāctiſſimos penates.Ecce Illu.dn̄e puellā hāc ad te mitto.ſiāt tui oculi mitiores/ſi male idutā/ſi mācā/& debilē ꝓſpexerint/qn̄ ſtus nō aliud/q̄ cādidū lac q̄ mel repies.ſi tetigeris/ſi uolueris/ſi pſcrutabe/ ris q̄ & quāta fuerit hæc Dea oībus ptib⁹ cōpletior/iuenies ꝓfecto multa tuo īgēio ſapiētiſſimo & iuſtiſſimo cōformia·amabis excogitatū cōſiliū/qd ex Ouil.meis ꝓfecta hæc Dea ad tua illuſtria pallatia puenit.recordaberis in terdū quātū animi mei fuerit erga tuā āplitudinē egregi⁹ amor.q præ cæteris hui⁹ uagātis puellæ nec ullibi demorātis te unicū delegerit patronū/& dfen ſorē.recipe ergo benigniſſimo tuo uultu .Et Hiero.Perbo.q te oībus locis/ oīb⁹ dieb⁹ mēte cogitatiōeq; reuoluit dilige & ama.uale/& ita optīe uale/ ut fœlicitas tua ſit cæteris aliis/q te amāt & colūt ꝓpitia & ſalubris.Ex Oui.

Lothoringia familia.

Fides pfeſſa.

Religio non eodem.

Spes lætior.

Iuſticia conqueratur.

Lothoringiæ cardinalis.

Liber

Hieronymi Perboni Marchiōis Incisae Ac Ouiliarū Domini Liber Uigesimus tertius De Iuſticia.

Iuſticiæ ſplē dor.

TANTa eſt huius uirtutis bonitas/ tantuſq; ſplendor Reuerendiſſime domine/ ut uideatur ab primordio mū di nil aliud Deus propoſuiſſe mortalibus colendum/ q̄ huius Deæ inuiolabilem cultum. Hinc eſt q̄ regna/ impia/ urbes/ reſpublicæ conſtare diutius nō poſſunt/ niſi firmiter cum iuſticia iecerint fundamenta. latiſſi/ me patet huius uirtutis numen/ propterea q̄ nullibi tutior uita poteſt eſſe niſi foueat iuſticia. in confuſo ha

Iuſticiæ potentia.

berētur cuncta/ quæ mortale animal poſſidet/ niſi in medio reſideret iuſticia. tanta hinc ineſt potentia/ ut cum cælo cum Diis immortalibus non tantum certet/ ſed uelut normam obſeruandam porrigat. ſtetere tamdiu olim magnorum regum imperia integra nulloq; concuſſa metu/ quamdiu intemeratam coluere iuſticiam. Ita fit ſane. nā quum iuſticia Paulum labitur a regno/ atq; imperio principum/ illico infinita emergunt mala. quare mirum non eſt ſi ueteres philoſophi iuſticiā ſolis ſplendori comparauere. hinc eſt q̄ diuti?

Lothoringiæ maiores.

tui maiores Reuerendiſſime Domine regnauere/ & non ſolum laribus propriis perpetuo patrimonia firmauere/ ſed alibi ex tua nobiliſſima familia nomen propagauere. ex ueſtra excelſa domo propagata eſt in Italia plurima

Lothoringiæ nobilitas.

nobilitas. in Hiſpania Regnum potiſſimum plantauere. atq; his temporibus tantum ueſtra proles nomine/ potentia/ uiribus/ imperio ubiq; uiget/ ut ſi quis ueram nobilitatem recenſere uelit/ ex gremio lothoringiæ familiæ illam citet. Quod ſi quis huius rei cauſam & diuturnitates regnandi/ & potentiæ inuictæ requirat/ non aliam fuiſſe dicemus/ q̄ q̄ omni tempore uobis fuerit potiſſimū iuſticiæ ſtudiū cordi. merito Reuerendiſſime. D. ac Illuſtriſſime hunc noſtrum libellum ad te de iuſticia deſtinauimus. nullibi melius patrocinium ſentiet/ q̄ ubi uera Iuſticia regnat. Ea eſt quæ latiſſime in omnes partes patet/ qua ſocietas hominum & uitæ quaſi communitas cōſeruatur. huius ueſtigia comitatur benignitas/ liberalitas/ magnificentia/ pie/

Iuſticiæ comites.

tas/ gratitudo/ ſanctitas/ obedientia/ legumq; obſeruatio/ æquitas/ ueritas/ & bonitas. Ideo huius uirtutis ſplendor eſt maximus. Et ſi M. Tullio funda

Iuſticiæ fundamentum. Iuſticiæ origo.

mentum Iuſticiæ dictum ſit eſſe fidē dictorū. ſ. cōuentorūq; conſtantiā & ueritatē/ tamē originē ab imortali deo trahit. ideo ante omnia iuſticiæ cultus noſtris primis parentibus/ uelut cæleſte munus/ condonatus eſt. Quā propter non immerito Seneca dixit eſſe ſanctiſſimū humani pectoris bonum/ q̄ nulla neceſſitate ad fallendum cogitur. quod poeta non ignobilis Sillius Italicus de iuſticia & fide introducens Herculem his uerbis dixit. Ante Iouem generata decus diuumq;/ hominumq;/ Qua ſine non tellus pacem/

non

Digitized by Google

non æquora norunt/ Iuſticiæ conſors tacitumq; in pectore numen. Pro/
inde a nulla uirtutum maius emolumentum ſentit genus humanum/q̄ a iu
ſtitia. intrat hæc in omnia uaſaria uirtutū/quæ dicit̃ legalis. Ideo appellari Lex.
ſolet a ſapientibus omnis uirtus/propterea q; implet omniū legū præcepta.
quando legis eſt p̃cipere actus oim uirtutū/& quū quærat cōmune bonū
aut Reipu. aut principis aut regū. Icciteo dicit̃ iuſtitia ſemp reſpicere alteṝ. Iuſtus.
ſic uirtus legalis delectatur in legis plenitudine. Hæc illuſtrat humanū ge/
nus/hæc omnia redigit ad metrū. hinc iura & cōmunia & priuata ad uſum
mortaliū hominū inuenta ſunt. neq; aliud poteſt eſſe ius a iuſtitia emanans Ius.
q̄ uera eruditio/& ars boni & æqui. unde merito qui ius in ciuitatibus red/
dunt explicantq;/ueri ſacerdotes appellari poſſunt. Hæc erat illa uera ciuilis
ſapientia quā antiqui philoſophiam uerā & non ſimulatā dicebant. Tantum Philoſophia vera.
bonum (qđ ius eſt) emanauit a iuſtitia/imo a cæleſti pabulo publicū & pri
uatum. ſed priuatum triplex/naturale/gentium/& ciuile. naturale omnibus
animantibus commune. hinc maris & fœminæ coniugatio. hinc liberorum
procreatio & educatio. hinc ſui ipſius tuitio & defenſio. neq; plurimum ab Ius priuatū
hoc ſecernitur ius illud quo quæq; gentes utuntur. hinc religio/ obſequi/ triplex.
um parentibus & patriæ/manumiſſio & datio libertatis. hinc liberi ſumpſe/
re nomen/ſerui/liberti. hinc introducta ſunt bella/gētes diſtinctæ/regna cō
dita/agrorum termini ſtatuti/emptiones & uenditiones publicatæ. pariter
profecto & ab uſu uiuendi longe recederet humanum genus niſi beneficio
iuſtitiæ hæc iura introducta fuerint/tum præcipue quum altius humana in
genia intueri ceperunt. qua propter factum eſt ius ciuile/quod neq; a natu/
rali neq; ab eo quod gentium eſt/penitus recedit/ neq; per omnia illi inſer/
uit. ſed uelut ab utroq; æternum conflatum. Vnde tantum bonum ciuitati
bus/& regnis & imperiis cumulatum eſt. ſic enim eſt ius ciuile/quum ali/
quid ab illis detractum fuerit ad uſum ciuilem ex ſcripto & non ſcripto cor
roboratum. tum ſcripto emanauere ſanctæ leges/ prætorum ſtatuta/ ſena/ Ius ſcriptū
tus conſulta/principum placita/magiſtratuum edicta/reſponſa prudētum. & nō ſcriptū
tātum decus additum eſt hominibus a Diis immortalibus/ut etiam in una
quaq; re minima lex legalis porrexerit manum. priuatorum ciuium actiones Ius honora
nihilominus conſiderantur/ q̄ publicæ. hinc ius honorarium eſt introdu/ rium.
ctum quaſi uiua uox iuris ciuilis. accedit & alia iuſtitia/ quæ æquitatis
perhibetur/quæ unicuiq; quod ſuum eſt reddit. Hinc dictum ex ſententia
Vulpiani. iuſtitia eſt conſtās & ꝑpetua uoluntas. non fuit ab initio aliquod
regnum quod legibus aliquot non uiueret. impoſſibile eſt aliquid in natu/
ra conſtare firmum & ſtabile/niſi aliqua lege firmetur & ſolidetur. Fluerent
profecto cuncta niſi iuſtitiæ legibus fuerit impacta: ſic Aſſyrii/ ſic Medi/
ſic Scythæ/ ſic AEgyptii/ Græci/ Romani non aliter regnauere/ q̄ per
iuſtitiæ decreta. ſic Romulus ut regnum ſiſteret ſuum/ leges iuſti/
tiæ ad populum tulit/ quæ curiatæ dicebantur/ ſiue a curia/ ſiue a cu/ Romulus
ra/ q; curæ Reipublicæ ineſſent/ quæ per ſententias patrum expedieban/ Leges curia
tur. Et poſt expulſos reges petitæ ſunt iuſtitiæ leges/per decem uiros a tæ.
Græcis ciuitatibus. fuerunt q; illæ decem accitæ Leges eburneis tabulis

Leges dec̃.
Leges duodecim tabularum.

conſcriptæ/ & pro roſtris appoſitæ/ ut omnibus ad uſum bene uiuendi pa/
terent. ſed quia creſcente morum uſu/ & aliquid deerat decem tabulis/ addi
tæ ſunt duæ aliæ tabulæ. Ideo accidit ut leges duodecim tabularum diceren
tur. Tantus rerum uſus hic eſt cognitus ad humanæ uitæ ſocietatẽ ut mul
to maior cura adhibita ſit ad hæc conſeruanda iuſtitiæ beneficia. ſubſequu/
ta eſt deinde prudentũ interpretatio & actiões ciuiles/ quæ apud collegiũ

Collegiũ põtificum.
Appius claudius.
Enneus flauius.
Ius flauianũ

Pontificũ diſcutiebantur. quas actiones primus Appius claudius in formã
redegit. quem librum Enneus flauius eius libertus ſubreptum populo præ
ſentauit/ in quo erant actiones ciuiles conſcriptæ. munus adeo gratum po/
pulo extitit/ ut illico Enneus flauius factus ſit tribunus plebis/ Senator/
Aedilis curulis. Et ius illud flauianum appellatum eſt. ſicut olim apud re/
ges Romanorum Sextus Papirius compilauit leges/ & ex eo indidit Papi/

Iu : papirianum.
Edictũ elianum.
Plebiſcita.

rianum. mox Sextus Elſus librũ de actionibus cõpoſuit & donauit popu/
lo Romano. hinc appellatũ edictũ Elianũ. atq; poſtmodũ diſſidentibus pa
tribus a plebe/ ut perſiſteret in ciuitate concordia/ factum eſt ut plebiſcita
pro legibus haberentur. Mox ſuccedentibus ſæculis maiora ingenia cœpe/
re elucere. ſicut ius ad pauciores/ ita a paucioribus ad unum principem im/
peratorẽ peruenit. & quia parũ erat ius tantum a iuſtitia eueniſſe in ciuita/
tes/ niſi eſſent qui iura manu tenerent/ ſunt excogitati uarii magiſtratus. hic

Magiſtratus uarii.

cẽſores/ hinc Conſſ. hinc Dictatores/ Magiſtri Equitũ/ Præfecti Prætoris/
Tribuni/ Aediles/ Quæſtores/ Prætores urbani/ Præfecti annonæ/ Præfe/
cti uigilũ/ & alii. qd tantum bonũ non ab alio eueniſſe creditur/ q̃ ab altiſſi/
mo cælo/ ut genus humanũ uiueret ſecundũ rationẽ/ teneretur q; intra ter/
minũ oĩm uirtutũ per legalẽ iuſtitiã. Vnde merito Ariſto. dixit uirtutẽ lega
lẽ eſſe omnẽ uirtutẽ. non poteſt mortalis homo ſi legali iuſtitia utitur/ aber
rare a uera ſemita uirtutũ. omnia in legali iuſtitia/ quæ ad uſum uiuendi faci
unt/ conſcripta ſunt. quid enim illic non ſpectamus probe? an quæ ad amici
tiã? quæ ad concordiã ciuium ſpectant/ deſideramus? De officio parentum/
de legitima agnatorũ tutela/ de capitis diminutione/ de auctoritate tutoris/
de fine tutelæ/ de curatoribus/ de rerũ diuiſione/ de ſeruitute/ de teſtamen/
tis/ de legatis/ de obligationibus/ de cunctis actiõibus/ de interdictis/ & cæ/
teris aliis/ quæ iuſtitia legalis ad uſum mortaliũ egregie explicauit. Et hæc ẽ
illa ſancta iuſtitia quæ de cælo deſcendit/ quæ docuit uiuere homĩes & uir/
tutũ officia dignoſcere/ & quantũ ſit malum ab ea diuelli/ cuius beneficio

Iuſtitia commutatiua & diſtributiua.

cuncta mundi regna exorta ſunt. neq; eſt aliqd regnũ non recipiens iuſtitiã
legalẽ/ qd diutius perſiſtere poſſit. Hic emanat cõmutatiua iuſtitia/ hinc di
ſtributiua/ ut quilibet ſibi per ſe prouideat. inuenta eſt commutatio/ ut hinc
ſuperabundãtia/ illinc defectus reduci poſſint ad æqualitatem. atq; ſi altius
ꝑſcrutari uelimus/ neq; naturale corpus ſubſiſtere poteſt/ ſine cõmutatiua
iuſtitia. ſic mẽbra mẽbris ſubueniunt. oculus enim uiſione dirigit pedes/ pe
des autẽ potentia greſſiua/ qua pollent ſuſtinẽt oculum. nec. n. ciues ſine al/

Elementa uaſta.
Qualitates quatuor.

teruto auxilio uiuere poſſent. nec etiam ipſa uaſta & iacentia elemẽta utra
q; alteris anniti uidentur. neq; quatuor illæ qualitates ſine mutua ope in re/
rũ natura uigere poſſent. hoc beneficiũ ꝑfecto in rebus cunctis non ab alio

inſitum

Digitized by Google

inſitum eſt/q̄ a Deo immortali.Cæterum eſt & iuſtitia diſtributiua quæ ab
illa ramificat ad uſum mortalium rerumq; inuenta.neq; enim eſſet ordinis/
neq; laboris/neq; actionum conſiderata proportio/niſi hæc ratio diſtribu/
tiua militaret in cũctis.ad reges/ad principes/ad imperatores hæc maxime
ſpectat.Hac maxime Deus immortalis poſtremũ utitur/quum unicuiq; eſt
redditurus qd meremur.Ideo iuſtitia ſemper alterũ ſpectat.nec male relictũ Iuſticia alterum ſpectat
eſt monumentis in philoſophia iuſtitiam eſſe uirtutũ præclariſſimã/neq; eſ
ſe ueſperũ neq; luciferũ ita admirabilẽ/ſicut lucere uidemus in rebus cun/
ctis hanc deam iuſtitiam.Tantæ erat obſeruationis iuſtitia apud ueteres re/ Cyrus.
ges/ut Cyrus ubi de iuſtitia agebatur/nullũ perſonarũ diſcrimen haberet. natura æqualitatẽ ſeruat:
etiam ipſa natura/ut ſeruet æqualitatẽ rerũ/potiſſimã curã habet.poſtremũ
nulla eſt tãta uirtus quæ plus uitia inſectetur/q̄ iuſtitia.Ideo a poeta eminẽ/
tiſſimo dictũ.diſcite iuſtitiã moniti/& non temnere diuos.Tantum eſt im/
poſitum a natura unicuiq;/ut ſponte alter alterum iuſtitiã teneamur edoce/
re/quaſi nulla uniuerſi portio poſſit conſiſtere niſi habeat firmitatẽ a iuſti/
tia.Ideo præcipue parentes debent liberis explicare iuſtitiam/& quæ præ/
cipit iuſtitia/& quas partes/q̄ officia habet iuſtitia.ſic mariti uxoribus heri/
ſeruis/principes ſubditis/magiſtratus priuatis hominibus/Duces militi/
bus/Pontifex ſacerdotibus.Iccirco magna illis habẽda eſt gratia/q iuſtitiam
ſancte & religioſe adminiſtrãt.Quia a Deo immortali principes in mundo
creati ſunt/non ad aliud/niſi ut iuſtitiã adminiſtrent.ille digito ꝑfecto paſ/
ſim oſtendendus eſt princeps/qui indiſferenter in omnes iuſtitiã retinet.Dã
da ſunt ideo tributa regibus & principibus/quia miniſtri ſunt brachii dei &
iuſtitiæ.ſed iuſtus princeps eo modo debet eſſe/ut nihil cogitet mediteturq;
atq; moliatur ſine iuſtitiæ lumine.ſic ſcriptum eſt.os iuſti meditabitur ſapi/ Iuſti os
entiam/& lingua eius loquetur iudiciũ.tunc iuſtus ut palma florebit/& ſi/
cut cedrus libani multiplicabitur.& iuſti in perpetuũ uiuent/& apud domi
nũ eſt merces eorũ.& ſicut iuſtitia eſt uirtus maxima/ita iniuſtitia eſt ultima
nequitia.quantum ſit ſcelus ab ea iuſtitia deflectere/uix humana mens ex/
cogitare poteſt.fecit Deus mundũ non alio metro/quã iuſtitiæ firmo decre
to.ut cuncta iuſtitia conſtarent propoſuit iuſtis hominibus æterna præmia/
& iniuſtis uero æterna incendia.ſic.n.cantat in eccleſia diuinus ſpiritus.in me/
moria æterna erit iuſtus.habet illud uir iuſtus/q nunq̄ lædit/q omnibus
prodeſt.nihil cogitat mali/nullam de ſe actionem effert etiam i abdito/quæ
non ſit uelut Deo patri laudabilis.Quia in lege domini meditabitur iuſtus
die ac nocte.Dat iuſto Deus gratiam/& benedicit ſemini eius/& multipli/
cat eius progeniem ſicut ſtellas cæli.ſed hoc ſæculo infœliciſſimo male no/
biſcum agitur Reuerendiſſime Cardinalis q paſſim uidemus (ut in præfa/
tione diximus) iuſtitiam propelli.deiecta undiq; hæc uirtus/& humilis ap
paret.ad Regale faſtigium/& principum aulas reſtricta uinculis adire Conſultores
non poteſt.neq; oculos iniicere poteſt.ubi peſſimi aſſunt conſultores.neq; peſſimi. Iureconſulti
in ea ciuitate apparet ulla/ubi iuriſconſulti ſcelerum ſunt/& iniquitatũ ob ſcelerũ ſecta
auaritiam ſectatores.quorum improborũ infinitus eſt numerus/q iniuſtitiã tores.

Digitized by Google

exercent/magiſq̃ iuſtitiæ officia/quæ eſt indebite aliquid detinere/uel alie
Iniuſtitia.
num inuadere/ſicut iniuria eſt omne id qđ non fit iure. fit autem uerbis/
Iniuria.
aut re.illud ſi conuitium dicitur. hoc ſi manu infertur/uelut quum iniuria
facta filio tangit patrē.neq; illa eſt iniuria/neq; dici poteſt eſſe uiolenta quā
iura pmittunt. Tātæ æquitatis iura nobis numine pmittente ſancita ſūt/ut
Iniuriam remittere.
etiā qui iniuriis affecti ſunt/teneanť remittere iniuriā/ſi conſcientiæ partes
Damnum remittere.
locum poſſident. Non tamen damni quicquid ſit illatum/remittere cogiť/
atq; quū ſemel iniuria deleta eſt/non poteſt amplius ad animum reuocari.&
ſicut eſt uarietas iniuriarum/ita exigitur diuerſitas pœnarū.ſed qui iuſtus ē/
& iniuriis afficiť atq; patiēter hæc tolerat/a Deo primū maxima præmia ex
Iniuriantiū ſacrificia.
pectat.iniuriantiū ſacrificia & holocauſta in Deorū aris euaneſcunt.ſed pro
fecto magnanimi eſt nō īferre iniurias/aut illatas obliuiſci.ſed intereſt an in
Magnanim⁹
iuria fiat pturbatione animi an conſulto.nā pturbatio quādoq; breuis/& ad
tēpus/ideo leuior.nā quæ præmeditanť/non leue momentū ſecū gerunt.ſi
Vulpeculæ fraus.
aūt fraude fit iniuria(qđ uulpeculæ eſt ſicut uis leonis)utrūq; pœna con/
Leonis vis.
uinciť.& ab homine pbo alieniſſimum eſt.ſed fraus magis eſt odioſa.Cæte
Iniuriam pati q̃ inferre præſtat.
rū catholicū dictū eſt.minus malū eſt pati iniuriā/q̃ alteri nocere.ſæpe uen
dicatū eſt ſcelus iniuriæ maxima crudelitate.Pauci ex tribu Beniamin fœdū
Tribus beniamin.
ſtuprū leuiticæ fœminæ inferētes reliquas omnes tribus in ſæuā uindictam
excitarūt.bello publice indicto/omnes pene eius gentis ad unū interfecere.
Leuiticæ fœminæ ſtuprū.
& Sanſon inter Iudeos alter Hercules ſæpe Tamneos in Philiſteis populis
Sanſon.
uariis affecit cladibus ob puellam denegatā/quā ſibi ſpoponderat cōnubio.
Philiſtei.
quibus malis cōmota plebs parentes & puellā publice cremauit. Alexan/
Alexander.
der macedo Beſſum duobus arboribus ex aduerſo iflexis alligatū in ſe utriſ
q; redeūtibus dilaniari iuſſit/quia Dariū regem poſt Perſicas opes triplici/
prælio afflictas uinctū lætaliter confodit. Multa bella geſſere Romani ob
Romani.
illatas iniurias.euerſam Corinthum uoluere quoniam legati illic fuerant ſu/
Critolaus.
perbe appellati a Critolao/& uiolari apud Corinthū.& ideo donum a Deo
immortali datum eſt hominibus/quū iuſtitia in animis hominum inſita eſt/
ut per eam euitemus quicquid iniuriarum cōtingit in alterum fieri. atq; ita
inſtituamur ad res iuſtas gerendas/ut nullus uoluntatis actus uacet iuſti/
tia/qua iniuſta cuncta cognoſcimus.quāuis iuſtitia & iniuſtitia ab uno eo/
Iuſtitia & iniuſtitia.
dēq; habitu uelut fonte non emanent.propterea ꝙ unus habitus non eſt ef
Oppoſitorū eadē ſciētia.
fectiuus contrariorum/ſicut eſt eadem ſcientia oppoſitorum.propterea ꝙ a
ſanitate res ipſæ quæ ſanæ ſunt/ueniunt/& non ægræ/ & tamen ex iuſtitia
cognoſci poteſt iniuſtitia.perinde ac ex obiectis/ ut bona & mala corporis
habitudo.Et quot iuſtitia & iuſtum poteſt cognoſci modis/tot eorū oppo/
ſita iniuſtitia & iniuſtum.probe autē iniuſtus euidēs fit quū a legibus aber
rat & pſertim quū minus dat/aut plus accipit/q̃ oportet/ ſit uere iniquus.
& facile continere poteſt in ſe is omnē iniuſtitiam/quum ſit legum trāſgreſ
Leges.
ſor. leges enim (ut diximus) de omnibus uirtutibus obſeruandis decer/
nunt.Ideo legalis uirtus tota uirtus dici poteſt.Et qui omnes leges bene ob
Magiſtratus uirū oſtēdit.
ſeruat colitq; omnes uirtutes habet/& hic uir uere dici poteſt. Vnde recte
Biantis prouerbium conualuit multis ſæculis.Magiſtratus uirum oſtēdit.

ſic contemptor

Digitized by Google

ſic contemptor legum & qui omnem iuſtitiæ bonitatem deiicit/ peſſimus
dici poteſt. Nã & erga ſe & amicos & patriã nullo modo utilis haberi po/
teſt. illud proprium iuſti uiri officiũ proditur/ niti æquare qd in altero deeſt/
& in altero ſuperat/ ſine lucri cauſa/ ſine damni/ aut inferendæ/ aut patiẽdæ
iniuriæ ſtudio. æquatio aũt hæc plurimum in cõmutatione rerũ lucet/ quan
do iuſtitiæ mutatio uirtus eſt illa media inter maius & minus/ atq; non alia
procedit uia q̃ arithmetica. R hadamantus uero ille famigeratus Iudex iu/
ſti repaſſionem inuenit/ quã Pythagorici poſtmodũ tenuere. ut ſi quid ma/
li in alterũ contulerit/ idem repatiatur. qd quandoq; in ueteri inſtrumẽto re
petitum eſt. ut dens ꝑ dente/ oculus ꝑ oculo/ manus ꝑ manu. ſed neq; (pa
ce horũ dixerim) ueram id proportionẽ ſortitur. nõ. n. decet ut ſi quiſpiã ma
giſtratus aliquẽ baculo percuſſerit/ ꝙ idẽ repercutiatur. neq; ſi quis princi/
pem percuſſerit/ eadem menſura repercutiatur. Imo non ſolum eſt repercu/
tiendus ſed maiori ſupplicio afficiendus. rurſus plurimũ differt an illud qd
ſponte fit/ aut illud qd ab inuito profectum eſt. ſed æquitas rerũ omniũ men
ſura uidetur eſſe. amat. n. inæqualiũ res ad æqualitatẽ redigere. Icc irco com
modiſſimum puto inſtrumentũ fuiſſe repertũ/ nũmũ. ſ. Ideo nomẽ ſortitus
eſt non a natura ſed a lege. Erit ob hoc repaſſio/ quũ res redacta ſit in æqua/
litatẽ. V nde ſocietas in uſum uenit cũ permutatione/ & ꝑmutatio cũ æqua
litate/ & æqualitas cũ cõmuni menſura. dicitur a ſapiẽtibus Saturnũ in La
tio primum ꝑcuſſiſſe rudem æneũ nummũ/ quo populus R omanus mox
uſus eſt uſq; ad Pyrrhi regis tẽpora. inde argẽtũ ceptũ eſt ſignari. uerũ poſt
uictoriam de Carthagine habitã percuſſit aureum nummum. Hæc omnia
reperta ſunt ad uitæ humanæ correctionẽ/ ut per hanc pulcherrimã & ſplẽ/
dẽtẽ iuſtitiæ uirtutẽ diſcamus omnia metiri probe/ ne quam aut agẽdo/ aut
loquendo/ aut operando iniuriam aliis inferamus. non tamen in faciundis
iniuriis ſemper eſt aliqs iniuſtus. ſed is iniuſtitiæ nomen merito ſubit/ q ſpõ
te/ & ex cogitato iniurias facit. non enim iniuſtum eſt/ niſi qd contra legẽ pa
ratẽ/ propterea ꝙ leges permittunt non hoĩem dominari/ ſed rationem. tunc
quum homo incipit per potentiam dominari reiecta ratione/ illico tyrannus
fit. quando magiſtratus in urbe non aliud eſſe dicitur q̃ iuſti & æqui cuſtos.
cui inditum eſt præcipue officium non ſibi ſedere/ audire/ diſcutere/ lites ſe
dare/ iudicare/ ad æqualitatem reducere/ ſed aliis/ & ad utilitatẽ publicã om
ni ingenio elaborare. Cui pro mercede & optimo præmio ſufficiens eſſe de/
beret honor & gloria. V erum illi quibus merces non ſat eſt gloriæ & hono/
ris/ Tyrannidẽ appetunt. hæc ſunt iuſtitiæ aurea monumenta/ quæ non ab
alio auctore habemus q̃ a Deo immortali/ ut per hæc genus humanum/ ur/
bes/ regna/ Prouinciæ/ imperia conſiſtere poſſint. ſubſequitur ad hæc/ & ue
lut per ueſtigia non longe oberrans herile iuſtum ſine paternum. Q uod ci
uile non propriore uoce dici poteſt/ ſed aut pars/ aut ſimile. licet enim pater
erga liberos iuſtã habeat poſſeſſionẽ/ nõ ẽ ergo ut dixi hoc familiare/ iuſtũ ci
uile quia lege non conſtat. ſed potius illud iuſtũ ciuile uiri ad uxorẽ quã ad
Liberos/ & poſſeſſiones ſiue agros ſuos dici deberet/ quamuis neq; id ciui/
le proprie ſed Oeconomicũ & rei familiaris ius domeſticum appellari licet.

Iuſtitiæ mu/tuatio.
Arithmetica.
Rhadamantus iudex.
Repaſſio a pythagoricis.
Sponte an ab inuito.
Nũmus commodiſſimus
Permutatio.
Aequalitas.
Nũmus primũ a ſaturno.
Nummus æneus argẽte⁹ & aure⁹.
Rationẽ nõ hominẽ dominari.
Magiſtratus iuſti cuſtos.
Oeconomicum iuſtum.
Ius domeſticum.

Illud tamen apud omnes ꝑ cõperto habet/ꝙ lege & natura uetitum eſt/ſi quis aggreditur iniuriam completam/facit ſicut iuſtũ qđ natura & inſtituto alteri faciendum eſt. Ideo ius dicitur qđ eſt emendatio iniuriæ. nã illud/

Emendatio iniuriæ.
Naturalia infrangibilia

qđ natura conſtat/infrangibile eſſe uidetur/uimq; ubiq; ſeruat eandẽ/ quẽadmodũ ignis hic & apud Perſas/& ubiq; locorum urit. non tamen fas eſt exiſtimari quicquid eſt ex natura/eſſe immutabile. nam et ſi dextera homines ualidiores ſunt q̃ leua/fieri tamẽ poteſt ut quãdoq; aliqui ſiniſtra efficiantur fortiores. ſed quæ humano conſtant arbitrio non ubiq; eadem ſunt. differt tamen iniuſtum ab iniuria. nam iniuſtum eſt qđ aut natura/aut inſtituto/alteri non eſt faciendum. iniuria uero eſt idem ipſum/ſed poſt factum. nã antea nullo pacto eſt iniuria. ſed ſolum iniuſtum dicitur. pari modo iuſtũ & ius. nã ius ſpecialiori nomine dici ſolet emendatio iniuriæ. Iuſtum autem

Iuſtũ & ius.

eſt nomen commune. poteſt tamen fieri iuſta & iniuſta multis ſecundũ accidens modis. nam ſi quis id qđ in eius cuſtodia depoſitum eſt/ inuitus ob timorem reſtituat/is neq; iuſtum/neq; ius facit niſi ſecundum accidens. nã hoc homini reſeruatum eſt/ut quædam ſponte agamus cum electiõe/& ea præuenit deliberatio. & quædã ſine delectu & electione/& ſunt quæ deliberatio minime præuenit. at nocumenta in alios multis modis accidere ſolent/aut per ignorantiam aut per electionem. quũ uero fit præter propoſitum læ/

Læſio.

ſio dicitur infortunium. quũ uero euenit nõ præter propoſitum ſed ſine malo animo/error quidẽ peccatũq; dicitur. peccat. n. quũ in ipſo eſt cauſa principiũ. quũ uero foris eſt/nullũq; adeſt propoſitum/aduerſa tunc utitur for/

Error.

tuna. Iccirco quũ aliquid facimus ſponte etiã ſine deliberatione præuia/ &

Fortuna aduerſa.

cadat id in aliquẽ/læſio profecto iniuria eſt. uerum ſi aliqui ob repẽtinas perturbationes nocean/utiq; iniuriam faciunt non tamen propter hoc iniuſti aut praui dicendi ſunt. Non. n. nocere ob prauitatem atq; malitiam decreuere/ſed impetu moti ſunt. illi. n. iniuſti prauiq; dici merẽtur/quum aliis cum

Praui.

electione nocent. Iccirco ea quæ emanant ab ira/non ex electione iudicantur. & ita ob apparentem iniuſtitiam oriri ſolet. ſi quis uero ſeipſum interficiat/ſponte ſibi iniuriam non facit/quia nemo ſua ſponte patitur iniuriam.

Ira.
Interficiens ſeipſum.
Mortem qui ſibi conſciuere.

Non igitur facit ſibi iniuriã qui ſibi conſciuit mortem/ ſicut Cato/Brutus/Cleopatra/Lucretia/multiq; ex Philoſophis deſiderio potiundæ immortalitatis animæ. ſed iniuriam faciunt legi aut Reipu. ordinationi/contra cuius uoluntatẽ ultroneũ interitũ adiere. ſed iniuriã facere deterius ſapientes iudicant eſſe/q̃ iniuriam pati/quia maius malũ eſt iniuriã inferre. propterea id cũ

Iniuriam facere deterius q̃ pati.

uiro adulto eſt. At pati iniuriam eſt ſine uitio & iniuſtitia. & ideo non ſolet uituperari. licet quandoq; iniuriam pati multo maiora mala efficere per accidens ſolet. Nam poſſet hæc illata iniuria tantum in ciuitate effundere malũ ut quandoq; tota pene ciuitas rueret. ſed hoc per accidẽs euenire ſolet. Iſta

A deo nil ſine iuſticiæ officiis.

ſunt quæ in tam excelſa uirtute conſiderari ſolent. Quod ſi quis omnẽ huius uirtutis opem complecti uelit profecto cuncta naturæ opificia recenſeat neceſſe erit. nihil eſt. n. ꝙ ſit a natura factum/aut ab immortali Deo/ꝙ iuſtitiæ officiis/imo beneficiis uacare poſſit. ideo bene dixit. M. Tullius uirtu

Iuſtitia late patet.

tem hanc latiori campo in omnes partes patere, eos autem qui totam uitam

in colenda

Digitized by Google

in colenda iuſtitia & partibus iuſtitiæ poſuere/immortalibus laudibus om Iuſtitiā qui coluere.
nia ſæcula laudauere. Ariſtides Athenienſis ob iuſtitiæ perpetuum ſtudiū/ Ariſtides
quo ille ſemper ſummopere honoratus eſt / ab uniuerſa Græcia cognomen athenienſis
iuſti recepit. populis ita tanta æquitate & iuſtitia cenſum deſcripſit ut non iuſtus.
aliter ſit appellatus/q̄ fœlicitas Graii nominis. Et quæ eū tulit/aurea ē ætas
appellata. tantū ſempplacuit Deo uiri iuſti ſacrificiū/ut nunq̄ legat ꝙ obla Aetas aurea
tiones/quas iuſtæ manus porrexerint ad aras/reſpuerit. Hinc iuſtus Abel Abel.
omni ſæculo habitus eſt. hinc Habraā holocauſta uſq; in ara cæli iuſtiſſima Habraam.
ſunt. fœlix iuſtitiæ uirtus/quæ tantopere Diis immortalibus placet. Hæc ē
R euerendiſſime Domine/quæ tuū nomen per omnes mundi partes fami/
geratum gerit. hæc erit quæ ante conſpectum diuinæ maieſtatis tuas actio/
nes officiaq; lucidiſſima portabit/ꝙ tantopere iuſtitiam colis/ꝙ tantū ſan/
ctarū legum ſis obſeruator/ꝙ in omnibus etiam minutis rebus ſemper præ
oculis geris Deum & naturam/ꝙ præ cūctis rebus religione incredibili co
las/quod nūq̄ matutinis horis preces & ſacrificia poſthabeas. & (quod po/
ſtremū nō exiſtimo) ꝙ tanta pietate memoriam parentū recolis/& quæ tui
maiores monumenta reliquere/multis illuſtras ornamentis. proximum qua
q; parte diligis/propriis opibus & facultatibus auges/æquitatem etiam ſo/
lus quibuſcunq; actibus uelut præſente numine excolis perinde ac ſi coram
omnibus mortalibus eſſes conſtitutus. neq; reſpicis quemq̄/ubi iuſtitiæ nu
men intercedit. Tantumq; regiam maieſtatem honoras/tantū Chriſtiani no
minis es ſtudioſus/ut nihil maius per has mortalium res in pectore nutrias.
ſic nō mirū ſi te tota Gallia uelut p̄ſentaneū numen honorat & præfert. Ve
nere ad Ouilias meas p̄ſtantes rumores/& certiſſimi nuncii de tua iuſtitia/
deq; animi tui pietate. & ita impulere/ut nō potuerim ulterius ceſſare quin
de tua ſumma iuſtitia hunc libellum conſcriberem/efficeremq; in noſtris
Ouiliis non leue monumentum ad tuam immortalem memoriam/ut ſi alii
laureatas hic ſtatuas inuenerit ob alias uirtutes/tibi ſit hoc ipſum ob tuam
excellſam iuſtitiam qua per totum orbem uagaris inuictus/glorioſus/trium
phans. & ſicut cæteras ſtellas aut ſydera ſol ſplēdore obumbrat/ſic tua iſta
hac uirtute ſupremi ordinis patres Cardineos illuſtras & magnificas. atq;
ita hac lucidiſſima uirtute ſplendes/ita emines claritudine/ut quid de te ſpe Iuſtus deo
remus/cæli tandem manifeſtabunt/& terra gaudebit. profecto nihil Deo ſi ſimilis.
milius q̄ iuſtus homo. Impoſſibile eſt aliquā fœlicitatis partem attingat ho Moſes.
mo niſi ſit iuſtus. meruit olim iuſtitia Moſis ut cum Deo loqueretur facie ad
faciem (ut in prouerbio eſt) ſicut amicus amicum alloqui ſolet. Non eſt p̄/
fecto pauper ille neq; ullis fortunæ ſpiculis punctus etiam inter medios pe/
lagi ſcopulos/qui ſecum gerit partam diu animi iuſtitiam/qui didicit per/
petuo parere legibus/qui omnia diuinæ ſapientiæ mandata cuſtodiuit. In/
terrogatus Plato quatenus præceptis eſſet parendum & legibus reſpondit
non minus prophetice q̄ ſapienter/quo ad in terris appareat ſacratior ali/
quis/qui fontem iuſtitiæ/& omnium uirtutum aperiat. quem deniq; ſequā
tur omnes. ſic de Chriſto ſapientia patris nollēs uaticinatus eſt. Tantū erat
Plato & cæteri ſimiles iuſtitiæ & partium iuſtitiæ/pietatis/innocētiæ/æqui/ Plato

tatis/miſericordiæ/legum obſeruantiæ/ut quandoq; multa proferrēt/ quæ
non ab alio profuſa ore uidentur/q̄ a ſpiritu cæleſti. leges iuſtitiæ obſeruare
omni ſæculo probatum eſt. Ideo magiſtratus/qui ad iuſtitiam colendam cō
ſtituti ſunt/plenos oportet eſſe iuſtitiæ habituū/ qui facilitatem in audien/
do habeant/& lenitatem in diſcernendo/& æquitatē in iudicando.nec tan/
Principes iniuſti. tum nefas dici poteſt/quantum emergere conſueuit ab his/qui ſolent magi
ſtratus emere.nam ii poſtea coguntur iuſtitiā uendere.ſic iniuſti & mali prin
cipes/qui propria commoda reſpiciunt/& conſueuere legem condere/util/
Reges iuſti. lic non niſi rapinæ ſpectentur.ſanctos illos & uere iuſtos appellabimus Re
ges/qui animos decentiſſimo quodam iuſtitiæ temperamento cum pieta/
te & temperantia componunt/uelut muſicorum imitatores/qui acuta gra/
Muſici concentus. uibus aptiſſime miſcentes ſuauiſſimum reddunt concentum.Fœlix tunc ea
regio/illud regnum/ea deniq; urbs/& populus & Reſpu.ubi magiſtratus
iuſtitiæ cultores eminent.qui eligi deberent inter ciues optimi/aut ex longin
Magiſtratus Pontifex. quis acciri.ſic ſummus Pontifex qui eſt pater omnium/ & paſtor ex omni
Chriſtianorum grege conſtitui debet/qui ut dignitate/ita & uitæ moribus
& ſanctitate cæteros mortales/& prudentia & ſapientia/ & iuſtitia ſuperet.
qui omnia reſpicere magnos uiros per prouincias & regna mittere debet/
Pontifex debet. ut exquirant an iuſtitiæ uigeant ſtudia/an principes & reges excolant æqui
tatem/an pietas/an Religionis cultus rite peragantur.& ipſe nihil moliri/ni
ſi prius in publicam conſultationē mandet.iter quoq; ſumat(ſi neceſſe erit)
ad remotiſſimos populos & reges pro pacis/ pro Religionis/ pro iuſtitiæ
cauſa.illos quoq; diſcutere qui beneficia eccleſiaſtica habent/ an rite mini/
ſtrent.ſunt.n.bona Chriſti & a patribus noſtris pro cultu Chriſtianæ fidei/
& pauperibus coalendis relicta.in quibus diſpenſandis multifariā iuſtitia ꝓ
ſcinditur.Multi nacti commoditatem uiuendi/& bonos prouentus/in om/
Amaſis regis lex. nem proruunt laſciuiendi licentiam.utinam illud Amaſis regis Aegyptiorū
retineretur ad uſum/qui legem condidit ſaluberrimam/ut quiſq; quotānis
apud præſidem iuſtitiæ rationem uitæ reddere teneret/demonſtraretq; qua
uiueret induſtria/aut quo domum ſuſtineret ſtudio.& qui id nō præſtaret/
morte puniebat/uelut non dignus uita/ poſtq̄ ratione ad ſe coalendum uti
neſciret.qui his parere nouerant/etiam bona/& operoſa agere nitebantur.
Chriſti uita. Sapiens. nihil eni eſt promptius aio candido/ q̄ parere honeſtis.bene informatus ani/
mus parere uult nemini/niſi aut utilia monenti/aut præcipienti hōeſta. No
bis autem parum aut nihil ueterum monumenta proſunt/quum habeamus
ante oculos uitam Chriſti/quæ eſt omnis uirtutis idea & lex.ille profecto a
natura æditus eſt ſapiens/qui ſtatim ut ratione uti poteſt/ad colendam iuſti
tiam accurrit/ actus ſuos omnes perpendit/ nihil dicit facitq;/niſi prius
alios ſpectet modeſtia/ puterq; cuncta quæ inique dicta ſunt/ ad metrū &
iudiciū iuſticiæ reuerſura.Iudicabit.n.Deus orbem terræ in æquitate/popu
los uero in iuſtitia. Neq; abhorrere debet miſer homo ſi plerumq; mali & in/
iuſti uidentur fœliciorē uitæ curſum habere.multa hic Deus iuſtus caſtigat
facinora.multa alibi reſeruat ad exitum rerum. neq; ob hoc uacui exemplo
Deus. ſumus. Allicit nos quandoq; blanditiis/rerum abundantia/fœlicitate regnā

di pati

Digitized by Google

di/pari munere/diuitiis/ſerenitate/& ſalubri tempeſtate/ut per hæc reco/gnoſcat peccator/quanta dei gratia illuxit nobis. Cælum mouet interdum per ſanctos uiros/modo miraculis pungit mentes/ſemper pius/ſemper iu/ſtus/ſemper miſericors.ſi diluuio deleuit humanum genus/ſi ſuper Sodo/mam diffundit ignem/ſi Aegyptũos ſubmiſit fluctibus/ſi Hebreorũ mul/tos attriuit in deſertis/hæc ex miſericordia fluunt/ ut corrigant mortales ſe ſe/& æternum ſupplicium non expectent.ut optimi/ut clementes/ut iuſti fieremus. Deus parens omnium miſſit filium ſuũ unigenitum de cælo do/ctorem iuſtitiæ/ut per eum mortalibus ueram legem conderet/atq; ut adim plerentur quæ in patrum monumentis ſcripta erant/ceſſarentq; cunctæ le/ges.atq; ut illi tantum pareremus/quam filius Dei Chriſtus Deus & homo portauit in terram.hac conditione nos reformauit/ut illi iuſtitiæ debita ob/ſequia repræſentemus.Hoc cum cæli accolis uiculo pietatis abſtricti ſum⁹/hac ſancta iuſti religione ambiti ſumus/ut boni efficiamur.nihil.n. mortali/bus deeſt/q̄ bonitas/qua deo proximiores ſimus.Ideo q̄ bonum/q̄ ſalutare eſſet in ea urbe ſi magiſtratus conſtitueretur unus/qui mores ciuium explo raret/ſingulorum actiones obſeruaret/& quotidianis perſuaſionibus homi num animos produceret.ſi ueri eſſent magiſtratus/non illi qui ſolent eſſe in principio leones/in medio uulpes/in calce oues. propterea non mirum eſt ſi leges ubiq; claudicant/quia magiſtratus inutiles fiunt.ſiue ambitione/ſi/ue auaritia occupati leges denigrant.Proinde ſancta tua eſt Domus Reue/rendiſſime & Illuſtriſſime Domine/ſancti tui ſubditi/& qui ſub imperio Lo thoringiæ principis tui fratris Illuſtriſſimi uiuunt/inter quos tanto modera mine uiget iuſtitia/ut illic cæteris Europæ partibus derelictis ſe pem poſuiſ/ſe uideatur.quã ſequutæ ſunt ſorores cæteræ/pietas/Religio/pax/rerum co pia/& ſanctitas uiuendi. neq; aliter illic fieri poteſt. non eſt ut naufragium patiantur nec in ſcopulos incidant/quum te tantum ante oculos ſydus pro ſpectent.cuius radios intuentes iuſtitiæ tuæ haud oberrare poſſunt/integri tatis tuæ/innocentiæ tuæ.hæc ſunt uera apud omnes mortales pro fide mo/numenta/quibus nos commoniti in Ouiliis noſtris ſedem iuſtitiæ amplitu/dinis tuæ Illuſtriſſimæ aſſignauimus/ut inter cæteros alios principes/quos illic ſuis honorauimus ornamentis/tuus iuſtitiæ ſplendor fulgeat & emicet. & noſtræ fidei & amoris/quo tuum nomẽ excelſum proſequimur/ſit apud poſteros pro Hieronymo Perbono non leue indicium.ualeat ſemper fœlix tua Reuerendiſſima amplitudo/& tam diu uiuat/q̄ diu deſiderat.

Dei gratia. — Lex uera. — Chriſt⁹ nos reformauit. — Mortalibus bonitas. — Magiſtratus ueri. — Lothoringiæ populi. — Iuſtitiæ ſorores.

F I N I S.

Virtus nulla præclarior iuſtitia.
Nil firmus populorum beniuolentia.
Abſtinentia qd urgeat ꝓpriũ habet nihil.
Magnos oñdunt res aduerſæ fœlices ſedæ
Ratio in agendis fortunam non admittit.
Fraus in uita non ſine ingenio peccat.
Acrius uirtute offendimur/q̃ uerbis:
Certare uirtute eſt præceſſe uitiis.
Virtus habet ante oculos æmulationem.
Cum multis neceſſe eſt pugnet/qui uult
multis præcellere.
Melius eſt in tyranni/q̃ in plebis ditionem
deuenire.
Admodum perniciosum eſt habere intrin/
ſecus aduerſarios.
Plus affert uirtutis hoſtis q̃ amicus.
Malum maximum eſt male uiuere.
Ars non natura indiget experimento.
In fructibus terra & cælum multũ opaꝫ.
Homo tantum pugnat alieno ueneno.
Prudentia uſu acquiritur.
Non eſt uſus in iuuene.
Prauus non aſſequitur uirtutem.
Virtutis rectus eſt curſus.
Et ſi dempta ſit appoſita nota/litura ſem/
per extat.
Ex tempore dicere non eſt prudentis.
In ſubitis caſibus difficile ẽ tenere mediũ.
Ingenium in actione perficitur.
Actionis ceſſatio eſt uirtutis interitus.
Rapit qui ui aliena emit.
Virtus cum uirtute contendit.
Curſus tpis non uariaꝫ ſed ab eodẽ ad idẽ
Nulla poteſt eſſe diuturna ſocietas quæ
uirtute careat.
Temeritas cedit rõni/& prudẽtiæ audacia
Debemus melius ſerere/& minus arare.
A deſperato nil bene fit.
Non debemus emere/quod fundus no/
ſter præſtare poteſt.
Nihil ſero ſed ſuo tempore.
Innocens puniri non debet.

Raro ſit auaris de honore certamen.
In concionibus ſæpe plus poſſunt qui de/
teriora cupiunt.
Floret tota regio ſi boni regunt.
Lis dirimenda eſt ratione non ſorte.
Subiecti non ſunt accuſandi/ſi ſe mutant
ad eorum utilitatem.
Multi principes artifices ſunt proditionũ.
Stultus ẽ q cupit curas ſi poteſt lætitia uti.
Pœna ſit in paucis exemplum in multis.
Minus ſoluit qui tardus ſoluit.
Qui min⁹ i diuiſiõe ꝓpat tardi⁹ abſoluit.
Architectus iudiciũ adhibet nõ miniſteriũ
Homo interior renouatur in dies.
Præco ſñiam alteri⁹ mãdatã ſibi mãdat aliiſ
Fructus is maxime probatur qui cum mi/
nimo impendio conſtat.
Optimum eſt aliena inſania frui.
Non eſt laudabilis prudentia ſine iuſtitia.
Sine probitate quo quis eſt callidior eo eſt
inuiſior.
Notiſſimus fallax raro decipit.
Boni non in uita confidunt ſed in morte.
Vana eſt pompa funeralis.
Parricidæ & ſacrilegi carerẽ debẽt ſepultura
Quærẽda ẽ potius ſanitas animi/q̃ corpis
Pœnitentia facti non uetat factum.
Iucundus ſit labor quum extrema ſuperat.
Labor ſine fructu ridiculus eſt.
Qui peregrinauere ut plurimũ expti ſunt
Mens ſana eſt ſalus totius corporis.
Ineptus a re diuina arceatur.
Anima eſt antiquior corpore.
Sine uirtute nullus legitime dominatur.
Perhorreſcendi ſunt multitudinis ſtudioſi.
Laudabile eſt/optimũ eſſe in Republica.
Ambire & fraudẽ ſtruere/eædẽ ſunt ptes.
Omnia potius mala pati debemus/q̃ in
turpitudinem labi.
Cuiq; fœdum eſt ſcelera perpetrare.
Bonus uir etiam cum piculo agit honeſta.
Senectus calorem extinguit.

Digitized by Google

Omnia tráſlata ſunt meliora & grádiora.
Q uod a fortuna pendet/non eſt noſtrum.
Norma eſt exemplum uirtutis.
Multæ nationes potius reguntur conſue// tudine q̄ legibus.
Curioſi odio habentur.
Aequa æſtimatione nihil eſt æquius.
Multæ uix patent ad interitum.
Crudeliſſimus ē q̄ cótra ſe ipſum impius ē
Ab incunabulis futurá auguramur uirtutē
Miſerum eſt aliorum incumbere famæ
Natura humana fragilis eſt.
Homo facile labitur in errores.
Q uæ pulchra ſūt & bis& ter recte decipūt
In ſuperuacuis non eſt diutius uerſandum.
Eſt quædam ſcientia regia dignitas.
In mille hominum numero uix unum bo/ num inuenies.
Innouatio multum nocet.
Q ui facit quod poteſt laudandus eſt.
Hoſtis patriæ eſt hoſtis communis.
Q ui rempublicam adminiſtrant munera accipere non debent.
Non eſt uiuens alimentis priuandus
Lex iuſta multis conducit.
Nullus poteſt cuiuſq; utilitati conſulere.
Prima bona ſunt animi ſecunda corporis tertia fortunæ.
Viciſſim īgenii ꝓprii piculū facere dbem⁹
Inueſtigádo uerba & ſenſus ſim⁹ſagaciorēs.
Q uis ſuo non confidat ingenio.
Terminus fœlicitatis perſpiciendus eſt.
Non aſtra non uaticinia obſeruanda ſunt.
Dura ſunt cubilia leonis.
Aſperæ animi cogitationes/per ſomnum ui tari non poſſunt.
Nō ſanæ mētis hō ē/q ſe fortunæ cōmittit.
Fortuna uirtuti imperare non poteſt
Etiam poſt cineres in memoria officia reti/ nenda ſunt
Fieri non poteſt ut cū eo nouá amicitiá con trahas cū quo ueteres inimicitias habueris.
Delectabile eſt uitam iucundam abſq; triſti cia ducere.

Multum differt uoluptas præſens a futurá uoluptate atq; moleſtia.
Minus malum eligendum eſt.
Q uæ aſpectu horrenda uidentur aſſuetu dine domeſtica efficiuntur.
Nouitas rerū falſū hoīnibus terrorē affert.
Nemo male corpus exerceat.
Ager ſæpe ſtercoretur/& non nimium.
Emolumentum eſt cæleſtia contemplari.
Nihil eſſe occultum natura uoluit:
O ccurrēdū ingeniis quoq; imperitorū eſt:
Cauti⁹ peccāt q ſunt memores rationē uitæ reddendam.
Cauendum eſt a laqueis/ & perfidia.
Raro ſapiens bene fortunatus eſt.
Fortuna & ſapientia ad inuicem aduerſanē
Satis diues eſt/qui animo eſt inuicto.
A probo uiro nihil ſperandum eſt quod a dignitate ſit decoreq; alienum.
Diſerti multi ſunt/ſed eloquentes nulli.
Aioſitas cōſiſtit i corde ratio uero i cerebro.
Q uæ res nunq̄ habuere principium/ finē habituræ ſunt nunq̄.
Bene eſt aliquando facere ſummam omniū cogitationum noſtrarum.
Si recētes ſumus/iter longū leui⁹ pagem⁹
Cōueniēs ē q̄ tardiſſia ſūt nouiſſia puenire.
Mens diuina eſt.
Species naturalis ſeruatur in generatione.
Species rerū numero/& ordine diſponunē
Curandum eſt ut optimus nobis ſit exitus.
Motus animæ eſt liber.
Fœminæ obſeruare debent uirum ſuum.
Mulier nō dbet eē curioſa de iis q̄ foris fiūt
Impiū nō ē regendū arbitrio ſeruorum/aut mulieris.
Fallaces ſæpe falluntur.
Duplo debet eſſe agens potētius ſubiecto
Turpiſſimum eſt ſenem a puerilibus annis moribus procul non abeſſe.
Perlaudabilis eſt multa uetuſtarum rerum memoria.
Senes multi qui iam pueri fuere/in naturá regrediuntur puerorum.

Paſtorum diuinior natura eſt.
Nemo quicq̃ p̃ter leges cõmittere audeat.
Vniuerſum Deus regit.
O tri ſum⁹ ex terra/& i terrã cõuertemur.
Rerũ genera ꝓpriis noibus ſunt ꝓducta.
Nil magis deſiderãdum eſt q̃ ſcire quod ignoramus.
In communi periculo commune oportet conſilium.
Mortui propter præteritas moleſtias nollent reuiuiſcere.
Eo efficatiors ſũt ict⁹/quo magis im ꝓuiſi.
Homines uerborum nimium curioſi res bonas nunq̃ conſequentur.
Sola uirtus nos beatos efficit.
Cura animi non omnibus committenda.
Dei conſilia ſunt abdita.
Pertinax uolũtas hominis omnia ſuperat.
Militia/& literarum diſciplina omnis nobilitas diffinitur.
Patriæ claritudo permagnum incrẽmentũ affert ad res gerendas.
Præſumit̃ aĩus pulcher i pulchro corpore.
Sermo eſt hominis/uox oĩum animalium
Maxime ĩ pricipe ſermo debet eſſe cõpſit⁹
Attentione opus eſt.
Deum magis/q̃ fortunam ad ſalutem noſtram arbitramur recte conferre.
Sine numero prudentes eſſe nõ poſſum⁹.
Bene eſt quod confert/& quod non cõfert proſpicere.
Magna de magnis dicere debemus.
Nulla eſt uirtus ſine ratione.
Sine numero nõ poteſt reddi ratio/& ſine numero omnes artes uanæ ſunt.
Luce nihil eſt pulchrius.
Contra ſophiſtas faciliter ſophiſmata retorqueri poſſunt.
Ironia debet eſſe artificioſa/urbana/faceta/& uenuſta.
Melius eſt ſibi derogare manifeſte/q̃ clam alteri.
In ciuitate ſeditioſa nulla tranquillitas eſſe poteſt.

Velificandum eſt pro uentorum flatibus.
Inter roſas ſunt ſpinæ.
Nihil eſt ex omni parte perfectum.
Non oportet peregrinum in aliena republica eſſe curioſum.
In naui obnoxia naufragio nemo rite nauigare poteſt.
Nemini noceas ſed laceſſitus iniuria te uirũ oſtende.
Non eſt pugna aquilæ a graculis inferẽda
Non omnes ad omnia accõmodati ſumus
Mente diuina adminiſtrantur/reguntur q; omnia.
Solet Deus flagitioſos/nefarioſq; homines ferre aliquandiu/ſed non perferre
Aula ſenectuti non conuenit.
Quod ignoramus/non recte facimus.
Nullum emolumenti genus probandum eſt/quod dignitate careat.
Non eſt dignitas inops appetenda.
Guſtus in ſene debilior eſſe ſolet.
Iucundum/ac utile iudicandum quod honeſtum eſt.
Virtus non timet interitum.
Paſtoris diuini figura rege longe præſtantior eſt.
Nimium feſtinantes ſerius perficiunt.
Arduum eſt abſq; exemplis magnas res ſufficienter oſtendere.
Exemplum aliquando exemplo indiget.
Grauiſſimum eſt ab infimis iniuriam pati.
Nõ eadem eſt ratio & fortunæ/& ꝓbitatis
Miſerũ ẽ diuiti ſine ꝓprio hæredé decedeř
Virtus eſt conſtans/& fortuna fallax.
In rebus leuibus non eſt inſiſtendum.
Prima laus eſt inuentoris.
Qui procul eſt a promotionibus animi in iudicando non eſt ſuſpectus.
Sua uolupeas trahit quemq;.
Verba propter res ipſas inuenta ſunt.
Ferrenda ſunt æquo animo improborum ingenia.
Simia quo nititur altius aſcendere/eo detegit magis nateſq;.

Digitized by Google

Libenter quilibet artem exercet/quã nouit
Conſilium aliquando ex tempore capien/dum eſt.
Etiam ipſi barbari ſæpius gratiam referũt.
Aequo animo ferenda eſt neceſſitas.
Vtilius eſt obliuiſci iniuriarum/q̃ ultionẽ proſequi.
Ratio honeſtatis etiam uitæ anteferenda eſt
A dignitate abhorret turpitudo.
Res amata frequentia fidutior.
Beneficium extollit auctor.
Et corpus/& animus ita curandus eſt/ut neutri iniuria fiat.
Dei eſt non errare/& hominis eſt peccare.
Peſſimus in aduerſis non emendatur.
Nemo aliena uoluntate bonus unq̃ fuit.
Turpe eſt/ꝙ puella ultra ætatẽ ſit inupta.
Præcurrit ſæpe fama eos etiam qui multa utuntur diligentia.
Inuitiis corrigẽdis fugiẽda ẽ maledici nota
Nemo eſt q bene uiuere non cupiat.
Ridiculum eſt quod ante poſitũ eſt rurſus proponere/biſq; eadem recenſere.
Omnis damnatur exceſſus.
Nimii & pauci habenda eſt ratio.
Qđ artificioſum eſt/particeps eſt mẽſuræ.
De re minima etiam reddẽda eſt ratio.
In omnibus facilior eſt conſideratio q̃ in maioribus.
Pugnæ periculũ non ſpõte ſuſcipiẽdũ eſt
Tempus ſapientiſſimum expectandum eſt
In ſeniore leuius eſt diſcrimen.
Malorũ pellis ſicut marſiæ iutrẽ cõuertaẽ.
Stultus pauper ſapiens diues eſt.
Non ſunt multum exiſtimanda bona cor/poris neq; fortunæ.
Optima illa ars eſt/q̃ malos bonos efficit.
Gratia perit ſi in ingratos collocatur.
Optionis nulla utilitas eſt/quum res in in/tegrum reſtitui nequit.
Ab homine aliud iter conficiendum eſt.
A nemine mors euitari poteſt.
Mors ei acerbior ẽ q multũ delectaẽ uiuei
Tranquille uiuit/qui non formidat mortẽ.

Aliquando utilius eſt/ut ueritas lateat/q̃ fraudem depræhendere:
Sanctius multarũ pecuniarũ/q̃ amicorum damnum arbitror.
Liberã ſeruire ciuitatẽ cõmunis eſt iniuria.
Rationi naturali omnes aſſentiri coguntẽ.
Bon⁹ gubernator ſpirãte uẽto/artificio ſuo utiẽ dſpectis lachrymis ꝑcibuſq; timẽtiũ
Aliquãdo diuſa uis humanis auxiliis obſtat
Ille bon⁹ eſt pp quẽ nigrã qs nõ iduit ueſtẽ
Perturbationes non conueniũt uiro ꝓbo.
Falſum eſt uulgi iudicium.
Bonus princeps melior eſt bona lege.
Lex nõ põt circa officia diſcernẽ p oẽ tp̃s.
Aliud eſt contradicere/aliud eſt conuitiari.
Apri contra ictum innituntur.
Lino linum connectimus.
Pharmacum bibere ægrotanti expedit.
Diligentia tota uerſatur in actione.
Intellectus ſubtilitate ſua rerum ſubſtantiã penetra t& ad cognitionẽ iuiſibiliũ eleuaẽ.
Deus eſt prima omnium cauſa:
Elementa uirtutem omnem habent a cælo.
Opus naturæ eſt op⁹ itelligẽtiæ nõ errãtis.
In rebus naturalibus omnis motus eſt de contrario incontrarium.
Generatio unius eſt corruptio alterius.
In omni generatione pugnantia inuicẽ con traria requiruntur.
Contra negantes principia nõ eſt laborãdũ.
Qui ſanæ mentis eſt/non negat/quæ pu/blico conſpectui manifeſte ſe offerunt.
Cauſa ſecunda non poteſt ſine ſuperiore
Mediis conuenientibus utitur Deus.
Gratioſa res eſt ſermonis odium/offenſio/nemq; audientium euitare.
Ratum honorandum eſt/ſed aqua quæ ui liſſimo ꝑtio emiẽ/res tamẽ ẽ pretioſiſſima.
Voluptates commendat rarior uſus.
Prudentes & fortes ſunt diligendi.
Non ſunt aliena inuenta uſurpanda.
Deterrimus q aliud dicit aliud hẽt i corde.
Potens eſt qui facit qđ uult/& quãdo uult.
Opus eſt ſemper memoriæ artificio.

Dolus malus multum a lege ponderatur.
Inuentores multum laudandi ſunt.
Splendens flamma leuibus modiciſq; fomentis alitur.
Cuilibet ſua ſunt tribuenda.
In magno terrore conſilia hominum rationeſq; non ſufficiunt.
Venti permagni ſuperant nautarum munimina.
Inter flores latent uiperæ.
Ratio ſine ullo eſt damno.
Non eſt diſcendum ab eo qui non ſeruat in docendo modum.
Societas callidi fugienda eſt.
Tempore infœlici familia eſt dolori.
Qui excellit dignitate/excellere debet uirtute.
Fœminæ eſt ulciſci.
Nil firmius eſt beniuolentia.
Non durat imperium aduerſus commune odium.
Etiam apud hoſtes uirtus eſt in pretio.
Quanto aliquid in bonis rarius eſt/tanto pulchrius/admirabilius/& clarius eſt.
Neſcit aliis imperare/qui ſibi imparare neſcit.
Magna uictoria eſt ſe ipſum uincere.
Violentum non eſt diuturnum.
Liberalis diu regnabit.
Magnus eſt qui tecta facit.
Non eſt homo qui minarum eſt plenus.
Omne tulit pũctũ qui miſcuit utile dulci
Ridiculi ſunt qui alios deridentur.
Nulla iniuria uir bonus/& ſtudioſus affici poteſt.
Etiam q; ſit erratum/aliud ſuccẽſendi tempus aliquando habendum eſt.
Nubes quæ in cælo uolitant tempeſtatẽ/& procellam planitiei perſæpe pariunt.
Nihil errare maius quoddam eſt/q̃ ſit pro natura humana/nã nõ errare diuinũ eſt.
Ab homine minime fortuna accuſanda eſt quæ nulla eſt.
Circa res magnas laus uerſatur.
Etiam rubi aliquid aliud afferunt q̃ ſpinas.
Raro dormientibus occaſio crimẽ porrigit
Nil uelocius uenit abitq; q̃ cogitatio.
Merita uirtutis onera ſunt/dirigere & corrigere.
Dilapſus error raro ſapienti excidit.
Nimia curioſitas ſuſpicionem affert.
Ab incunabulis mala oĩa ſumunt initium.
Dũ degenerat homo cũ natura repugnat.
Non eſt error in quem non incurrat homo
Bona innumera ſunt/ſi tantum tria ſunt.
Ingenii pericula non ſine caſu fiunt.
Exitus optimus etiam anteactæ uitæ mala probat.
Iuſticiæ labor eſt æqualitatis præmium.

FINIS.

Digitized by Google

Liber Uigeſimuſquar tus De Temperan tia ad Excelſuz Comitez de Naſau.

Digitized by Google

Illuſtri Excelſoq; Comiti de Naſau Supꝛemo camerario Diui Caeſaris Hierony. Perbonus Inciſae Mar. Ac Ouiliarū dominus Foeliciter eſſe.

QVVM te uideā Illuſ.Comes dec⁹ Impialis curiæ ea rez
modeſtia/& tēperantia ornatū/cunctaq; metiētē ꝓbe & *Comes de Naſau.*
ſapienter/iudico magnā animi tui eſſe conſtantiā/ ut quū
habeas hinc inde obſequētia tuis uotis oīa/nihil capias/
niſi quod uera uirtutis norma iubeat uelitq;/ob qd uiuen
di inſtitutū nō minus tibi debemus honores publicos ſta
tuaſq; aureas/q̄ olim Socrati Athenienſes/aut Romani
magno Catoni.ſic equidē faciēdū puto/ut p has bene ge
ſtarū rerū & uirtutū exculptarū memorias/poſteris maioris gloriæ calcar ad
ꝑclara facinora adderet.Ego quū tuis capiar uirtutibus/ad partes meas at/
tiere puto/ ut te nomēq; tuū/quātū uirib⁹ potero/icelebratū nō ꝑtermittā.
delegi quē ad te cōuenienter cōſcriberē libellū/de tēperantia.ſ.poſtq̄ tui mo
res/tuæ uitæ inculpatiſſimū ſtudiū/tui ingenii amœnitas/& eruditiones ex
poſtulāt.nefas rat⁹ ſū me ex Ouiliæ tātorū principū corona ornatæ tua immor
tali memoria priuarent.hic ꝓinde tibi Illu.Comes hāc erigimus ſtatuā/quā
poſteri cognoſcāt fuiſſe erectā ob ꝑclarū facin⁹/qd tui īgenii altitudo apud
Cæſareā maieſtatē ſemper retinuit.Alii q̄ ad belli ꝑtinēt molimina ꝓcurāt/
ad uictorias cōſequēdas/ad theſauros iueniēdos.tua mēs pacē reqrit.tu pa
cis limina adis/pacis fruges exoptas.neq; p te ſtetit unq̄ qn ī Italia/atq; per
oēs xpianæ reipu. ptes pacis bñficia nō colerent.Q d quātū recte cōſulas
ex eo cōicii pōt/q; abdicata pace oīs uitæ humanæ ſecuritas facile ꝑibit.illo
rū ſunt hæc bellorū ſemīa/q cōſilio apd pricipū aures uenenū euomūt.quū
tñ nulla ſit tā iniq̄ pax/q̄ bello uel æqſſimo nō ſit potior.quo fit ut/qd a pau *Pax iniqua.*
cis imo plurimis ꝓ pace cōdit' īducit qa paucis(ne dicā malignis)ī nefas tē
tat' uerti.ſi ꝑfecto eſt.inſani plæriq; mortales in ſuū ipſorū malū ſunt inge/ *Mortales inſani.*
nioſi.affligit' Italia dū quiſq; ꝓpriis inſeruit affectibus.Idcirco plurimū ho/
noris & gratiæ tibi debet' Comes Illuſ.qui bellū quaq; parte īter chriſtianos
excludi tētas cōſuliſq;.nos ꝓ tāta tui animi bñficētia hūc tibi deſtinauim⁹ li.
bellū/quē his paucis ante mēſib⁹ ad tui nois gloriā cōſcripſimus. poteris ſi,
qñ a Cæſarianis rebus uacaueris huc diuertere. Cognoſces ſane quantū illi,
ſunt lōge ab humana natura/q tēperātiæ dotibus ſint priuati/q dū ſe putāt,
eſſe hūc & illū uirtutū radiū adeptos/nihil ſine temperantia feciſſe cogno/
ſcant.te excellētē/te magnū exiſtimamus uirū / quū habeas intra tui pecto
ris clauſtrum uirtutum omnium placidiſſimam.lege ergo Illuſ. Comes . Et
Hieronymi Perboni qui te tantopere omni ſtudio & amore ꝓſequitur/ſias
pro tua benignitate non immemor . Vale decus ſæculi noſtri . Ex Ouilis.

Liber
Hieronymi Perboni Jnciſae Marchionis ac Ouiliarũ Domini Liber Uigeſimuſquartus De Temperantia.

Comes de caſtu

Temperãtia·

TEMPERANTIAE ĩgredimur nũc Illu. Comes caſta
limina. tecũ alloquor, quũ ſis maxime hui⁹ cãdidæ uir
tutis ſtudioſus. neq; paruã habet circa mediũ difficulta
tem. Nã non minus mortalis homo digladiat̃ cũ uolu
ptatibus, q̃ cũ hoſtibus. eſt. n. temperantia media uirt⁹
inter delectationes & ſenſibilitates. nõ. n. hæc imprimis
uetat delectabile honeſtũ, ſed extrema q̃ hic ide aliorſũ
diffugiũt mediũ. ideo agreſtes eſſe illos & iſenſibiles ſtu
pidoſq; putat, qui abiectis omniũ rerũ delectationibus ad ea diuertũt, q̃ nul
lius ſunt laudis, rurſus neq; eos amat & extollit approbatq;, qui cũcta cor
poris delectamenta inſectantur, ii uere intemperantes ſunt. qui uero fugien
da norunt, & fugiunt, proſequenda cõſequũtur, hoc tẽperãtiæ plurimũ no
mine gaudere debent. Tãta eſt enim temperantiæ uirtus, ut nihil ꝓbari poſ
ſit, q̃d uacet temperantia. hæc reprimit dolores, uoluptates euagari nõ ſinit,
compeſcit impetus, iram cohibet, libidini reluctat̃, eſt humanæ uitæ conſer
uatrix. omnia obruerent̃ uoluptatum illuuie, ni hæc Dea ſe ſe omnibus op
poneret. a contagione enim corporis propter intemperantiã innumeri exeũt
morbi & ex delectationibus ſenſibilibus quædã emergunt delectaméta for
tiora, & quædam debilia. unde non nulla nos magis alliciunt, quædam mi
nus mouent. Iudices ſunt noſtri ſenſus, in quibus nobis contingit magis &
minus delectari, propterea ꝙ fortiores delectationes uerſantur circa guſtũ
tactũq;. illic maiorẽ poſſidẽt ui magis, q̃ circa alios ſenſus, ꝑpea ꝙ magis ad
hæremus delectationibus guſtus & tactus. poſſumus uidere procul & audi
re & odorare, nõ tamẽ poſſumus guſtare, & tãgere niſi nobis fuerint cõiun
cta, neq; hoc a natura eſt alienum, propterea ꝙ guſtus tactuſq; ſenſibilia ma
gis directe & immediate uidentur eſſe præſcripta atq; diſpoſita ad conſeruã
dam propagandamq; ſpeciem. Ideo in tactu delectamur, ſicut delectabilia
guſtus ordinata ſunt ad conſeruationem indiuidui. Iccirco in his natura for
tiorem delectationem ſtatuit. Q uamobrem ſi uirtus eſt circa bonum dele
ctabile, ponenda eſt imprimis temperantia natatura operam circa delecta
tiones illas, a quibus eſt difficilius abſtinere. præcipue igitur eſt temperan
tia circa delectationes guſtus & tactus. At circa alios ſenſus negocia non
habet, niſi per accidens. quod idem contingit cæteris animalibus, quæ eo
dẽ modo in tactu guſtuq; delectant̃. in cæteris uero ſenſibus, nõ ꝑ ſe capiun
tur uoluptate. Ideo ſapiẽter dixit Ariſto. Canes non primo delectari odori
bus leporum, ſed ſpe pabuli futuræq; cibationis deſiderio, ꝙ ſi geſtiũt eo in
odore

Temperãtiæ uirtus.

Morbi. Delectamenta debilia & fortiora.

Guſtus & tactus.

Viſus audit⁹ & odoratus.

Canes.

odore & ueſtigia ſectantur/hoc eſt quia credũt ex illis ſaturari.ſic Leo non Leo.
mugitu bouis gaudet/nec cerui uiſione/niſi quantũ per uiſum & auditũ co
gnoſcit prope eos eſſe/ ex quibus cibaria capiat.præcipue hi duo ſenſus ſe/ Senſus in lingua & palato
dẽ habent in lingua & in palato.delectamur.n.mirũ immodũ quũ cibus po
tuſq; attingit guttur/q̃ quũ coniungiť linguæ.Ideo tactus uim magis dele/ Tactus.
ctabilẽ exprimit/ut mirũ nõ fuerit ſi ille optabat habere guttur Gruis/ut diu Guttur gruis
tius ſentiret per tactũ comedẽdo & bibẽdo potulẽta & eſculẽta. imprimis
ergo delectamẽtũ circa tactus ſedẽ negocia habet/deinde circa guſtũ/ mox
per accidẽs circa alios ſenſus.ramificať tẽperantia in ſuas ſpecies/ nã ſi tẽpe
rantiæ officiũ eſt reprimere delectationes/quæ partim in cibis partim in uſu Temperãtiæ officium.
uenereo conſiſtũt/utiq; oboriunť ſobrietas & abſtinentia/quibus aduerſa/ Temperãtia quæ oriunť.
tur ebrietas & icontinẽtia.ſimiliter ſubſequunť caſtitas & pudicitia/ q̃bus
opponunť diſſolutio & impudicitia.ſi aĩum tẽperamus a potu ciboq;/tunc
ſobrii ſimus.nam ſi excedimus potando ebrii/ſicut ſi a cibo abſtinemus ab/
ſtinentes.ſi uero ꝓrumimus in ingluuiẽ/ſimus incõtinentes.Itidẽ quũ abſtine
mus a uenereis dicimur caſti/honeſti & pudici/quaſi e contrario motu tem/
perãtia & fortitudo incedãt.hæc.n.in aggrediendo terribilia frontẽ oſtendit/
illa autẽ retrahendo ſe ab his/quæ ſunt delectabilia nomẽ ſortita eſt.Et ſicut
fortitudo plus uergit ad audaciã/q̃ ad timiditatẽ/ita tẽperãtia plus cõuenit
cũ inſenſibilitate/q̃ cũ diſſolutione.melius eſt aliquas delectationes etiã con
uenientes uitare/q̃ aliquas uetitas inſequi.Illud uero apud ſapientes ꝓ com Intemperatũ q̃ timidũ eſſe deterius.
perto habitũ eſt/eſſe deteſtabilius fieri intemperatum quã timidũ/quia quã
to magis homo in uoluptatibus reuoluiť/tanto magis in peccata labitur.nõ
ita in timore/propterea ꝙ difficilius eſt non inſequi uoluptates q̃ timere . ti/ Timor.
mor.n. obſtupefacit & reddit quodãmodo naturã attonitã.Ideo tolerabilius
eſt peccare per timorẽ/q̃ p incõtinentiã.Nã hoc magis uoluntariũ eſt. Iccir
co intemperatũ hominẽ & diſſolutũ magis putamus eſſe increpandum/q̃ ti
midũ.Vnde apud peritos philoſophãtes is plus dignus increpatione eſt qui
caret temperãtia/q̃ qui fortitudinis uirtute/propterea ꝙ tẽperãtiã acquirere
poſſumus ſine periculo/fortitudinẽ uero non ſine capitis diſcrimine. Adde Temperati.
ꝙ quotidiana aſſuetudine poſſumus euadere temperati.at fortes non eo fa/ Fortes.
ciliori modo fieri contingit.nõ.n. quælibet aggreſſio bellorũ facit nos fortes.
non quælibet militaria caſtra/quia poteſt euenire ut per omnẽ uitæ curſum
non occurrat unius belli iuſta cauſa.Iccirco quia non ita commodius aſſue/
fieri poſſumus ad opera fortitudinis/ſicut ad temperantiæ officia/exprobra
bilius putare debemus eſſe hominem intemperatum/q̃ nõ fortem.multi ex
officina ſapientum intemperantiam non tantum eſſe uitium dixere/ſed bel/ Intemperantiæ uitium.
luinum/puerile/& turpe.atq; per hanc labem maxime adhæremus brutis/ Intemperati ſeruiles.
ut mirum non ſit ſi intemperati(etiam ſi magnæ nobilitatis natales citent)
fiunt ſtatim ſeruilis conditionis & naturæ non alterius q̃ belluinæ .beſtia.n.
quia longe abeſt ab intellectu / per naturam eſt ſeruilis conditionis.proinde
hanc potiſſimum intemperantiæ labem in pueros reicimus / quia pueri om Pueri ſine ratione.
ni perturbatione pleni ſine ratione uiuere dicuntur . Ideo ad cultum uitæ/&
edocẽdos mores adhibemus moderatores/&[?] pædagogos.ad hæc quantam

ſibi pariat ignominiam & infamiam / non uno teſtimonii oraculo digno/
Sardanapali intemperies.
ſci poteſt. quæ enim maior adduci poteſt q̄ Sardanapali intemperies? qui im
perio labenti inter fœmellas conſenuit poſtremo inglorius fuit. ſic multi
principes per hoc intemperantiæ crimen in æterna obprobria cecidere.
ſunt igitur intemperantes continuo circa ueneteas delectationes & gulæ
proluuiem occupati. Non autem dicimus intemperantes / aut qui deli/
rant / aut qui continuo efficiuntur Locutulei / aut uerboſi. neq; eos qui
dolore animos afficiunt uel pecuniarum uel amicorum cauſa. neq; eos
hac ratione appellare poſſumus aut temperantes / aut intemperantes / qui
coloribus / qui pictura / qui figuris ſtatuiſq; huiuſmodi delectantur /
Temperantia non circa auditũ & odores.
quamuis & in his plus minus ue accidat gaudere. propterea non in au/
ditu neq; circa odores temperantia negocium habet / niſi per accidens.
At potius intemperantiam illorum dicemus eſſe / qui unguentorum epula
rumq; odoribus delectantur. ſed in his & in aliis ſimilibus ſi excedat mo
dum utiq; ad intemperantiam uergunt. Ideo in cunctis una uirtus ſe in
Modeſtia.
ſerit uelut incognita modeſtia / quæ hinc inde reſecat ubi aliquid luxus
ebullit. Illud pro comperto habitum eſt impoſſibile eſſe diutius uiuere
intemperantes. multi longæuam traxere uitam / qui temperantiæ frugi/
Maſſiniſſa numidarum rex.
bus aſſueuere. An prætereundum eſt quid ille conſueuit Maſſiniſſa Nu
midarum Rex iam centeſimum agens annum / ut ſuos milites ad tem/
perantiam formaret? ſtans uel ambulans ante tabernaculum ſumebat
Socratis decretum
cibum. Quid potiſſimum Socratis decretum fuit Athenis / q̄ tempera/
Romuli lex.
te uiuendum? ſcribit ad hæc Plutarchus Romulum temperatum fuiſſe /
atq; intemperantiæ legem tuliſſe / ut temulentæ mulieres / & qui mero
debaccharentur / morte plecterentur. Ve illi ciuitati ubi nulla uiget tem
perantia. Ve regno in quo regnat Rex intemperatus. Ve familiæ ubi
parentes ad ingluuiem proni labuntur. Ideo merito poetæ intemperan/
tiam uolentes damnare / harpiarum naturam deſcripſere / quibus erat fœ
Harpiarum natura.
diſſima uentris proluuies / & pallida ſemper hora fame. nec fuit quiſq̄
alioquin magnus Rex / qui intemperantia non ſit factus minor. ipſe Ale
Alexander Macedo
xander Macedo tot præclarus uirtutibus quia intemperantiæ erat pro/
nus / magna per orbem infamia notatus eſt. Quid Vitellio dici poteſt
Vitellius imperator
turpius? quamuis imperator Romanorum / quia quater quotidie ad ſa/
turitatem diſponebat menſam. facta quoq; ſuis conuiuis in loco poteſta/
te uomendi omnium ludibrio habitus eſt. tanta eſt hæc per genus hu/
Intemperantiæ lues.
manum peſtis / & fœdiſſima lues intemperantia / ut quandoq; per lon/
gam pacis ſeriem patiamur longe peiora / q̄ ſi orbis uexaretur armis. Cæ
tera animalia magis ſuum officium obſeruant / q̄ miſer homo. tantoq;
maiori ignominia debet hic affici / quanto magis tenetur ad temperantiæ
obſeruandum modum. nulla facilior uirtus ſe ſe homini præſtat q̄ tempe/
Temperantia homini facilis
rantia. cæteræ uirtutes quandoq; per partes ceſſant / interualloq; etiam lon
giori abeunt ocioſæ / & immunes officii. ſola temperantia nunq̄ ope ua/
cat. neq; eſt ulla uitæ humanæ pars ſi uoluerit / ut ab ea diſcedere poſ
ſit. ſi quis etiam in abditis ſecum quid agat / ſi hominis uoluerit partes

retinere

retinere modo diuelli poteſt. non actus non ambulatio/ non ſeſſio/ non
cum aliis ratiocinatio/ aut pactio/ aut negociatio atemperantiæ uir/
tutis moderamine uacare poteſt. etiam ſi cum numine quid agamus ore
muſq;/ ſacriſq; incumbamus/ etiam a cogitatione ſiue nocturnis ſiue di/
urnis neſas eſt a temperie illa candidiſſimæ uirtutis abire aliorſum. Illi
ſanctiores patres non per aliam magis effluxere in orbe uirtutem q̃ per
temperantiam. quid putabimus fuiſſe illam in Habraam animi modera/
tionem/ quum in Aegyptum profectus eſt homo peregrinus & alienæ Habraam.
legis cultor? qui cum ſacerdotibus de arcanis cæli ſermocinans/ de exor
dio mundi/ de interitu tanto affectus eſt honore/ ut maxima in uene/
ratione ſit a principibus habitus/ Quid inde poſtmodum Moſes in au/ Moſes.
la Regis altus? qua uirtute ad tantam dignitatem prouectus eſt/ niſi
animi ſui temperantia & modeſtia? Quid Ioſephum Iacobi filium ad Ioſephus.
tantum prouexit magiſtratum/ niſi pudica mentis temperantia? & (quod
mirum eſt) in ea ſeruitutis conditione eſto pauper/ eſto abiectus/ eſto in
cognitus/ eſto peregrinus/ eſto alienigena & utere ſanctiſſimis tempe/
rantiæ frugibus & modeſtiæ frugaliſſimis legibus obſequere/ illico eris
profecto diues/ illico honoratus/ illico cognitus/ illico in ueneratione & exi
ſtimatione habitus. demum ſine moderatione omnis uirtus uigorē amittit/ Virtus ordi
quando ea non opinione humana conſtat/ ſed ordine naturæ/ quia quã ne naturæ
tumcunq; naturaliter præſtat corpus habere ſanum/ q̃ ægrotum/ tan/ Anima ſine
tum præſtat eſſe temperatum/ q̃ intemperatum animum poſſidere. Imo temperantia
impoſſibile uidetur conſiſtere animam in corpore humano ſine tempe/
rantia. quum enim qualitates naturæ humoreſq; temperamento ipſo ami
ce coniurant/ ſanitas utiq; uiget. in rebus quoq; cunctis nihil ſane ui/
demus firmius atq; diutius ſe incolume præſtare/ niſi moderatum & tem
peratum in ſe præſiſtat. Ideo hanc habe quiſquis cupis uir eſſe. hac me
dia ſemper tutiſſimus ibis. ſæpe cadit qui nimium uelociter pergit. ſæ/
pe amittit qui nimia deſidia remoratur. Diuitiæ cito fluunt ni temperan/
tiæ manus continuo adſit. imperia facilius labuntur ni ubiq; temperan/
tia uigeat. facile iuuenis ruet niſi modum aliquem temperantiæ habeat/
quo uitam ſuſtineat probetq;/ atq; affluentibus delectationibus tueatur
& defendat. Cito proximiores fiunt homines beſtiis quum improba uer comes de na
borum geſtuumq; licentia a temperantiæ finibus diſcedunt. Iccirco tem/ ſau:
perantiam magnum bonum exiſtimo/ & quo quis eſt temperatior/ eo eſt
beatior/ qualis es tu Illuſtriſſime Comes/ qui ita tuæ uitæ in cunctis rebus
moderamina ingeris/ ut nihil ſit inte/ ſiue loquaris/ ſiue agas/ ſiue nego
cieris/ ſiue Imperatori aſſiſtas/ aut cum aliis principibus aliquid excelſius tra
ctes/ quod non ſit ſummopere laudandum ob tuam animi temperan/
tiam/ & egregiam modeſtiam. Ideo merito tibi & animo tuo moderatiſ/
ſimo hunc libellum de temperantia e noſtris Ouiliis delegamus. Paruus
utiq; eſt/ candidus & probus/ ut nihil ſecum gerat/ q̃ candidiſſimos mo
deſtiæ habitus. ſi legeris Comes ampliſſime/ doctiſſime/ humaniſſime/ &
Cæſari Imperatori gratiſſime/ multa recognoſces tuis moribus & uirtu/

Ciuiles cęſari,

tibus ſimilia. cęteri fortaſſe/q in Cæſarea curia eminent/partim iuſti/partim
prudentes/magnifici Liberales. tu uero totam tibi aſciuiſti temperantiam/
modeſtiam/humanitatem. & (quod mirum quibuſdam eſſe apparebit)
tanta tua eſt modeſtia/ut nemo te tuoſq; mores/aut inuidia/aut odio/li-
uoreq; animi ſpectet obliq;/ſed te quiſq; amat/colit/& obſeruat. Ego
quoq; tametſi abſens uirtutem tuam/quibuſcunq; potero honoribus/ſem
per apud Ouilias meas/& ubiq; locorũ recolam. profecto tuum eſt iſtud &
temperati maxime animi laudabile/& egregium/& excellſum/ut quando
cunq; accidant quandocunq; incommoda eueniant/tolerabilius & mode-

Immoderati

ſtius ſcias ſufferre & pati. & quæ aut cælitus aut natura effluunt/minime
moleſte ſuffers. non ſic immoderati/& qui a candore huius uirtutis lon-
ge abſunt/qui ſubito quum aliquid pungit/quum aliquid præter ſpem
forte eueniat/quum aliquid pati cogantur/in iram ſe præcipitant/in blaſ-
femias prorumt/deteſtanturq; diris imprecationibus numen & naturam/

Fortunã habere obſequẽtem.

totam in his perturbationibus animam inuoluunt. Contra quidam quum
ante pedes res ſecundas habeant fortunamq; obſequentem/ſubito ef-
fluunt in faſtum/tantaq; tument inſolentia ſuperbiaq;/ut omnia deri-
deant/pro nihilo habeant cæteros/in omnem intemperantiam laban-
tur nihil arbitrantes niſi ſe ſuamq; potentiam. Quod quantum a uera ra-
tione abeat/ex eo coniici poteſt/q; hæc quæ temperantiæ proſcriptioni-
bus excedunt/cito cadunt atq; perditum eunt. Neſcientes cohercere uolu
ptatum impetum/libidinumq; pruritum/turpiter deſinunt eſſe/quando

Temperãtiæ munus. Hieronym⁹ contra ruffinum.

tam pretioſum munus temperantiæ/quod in cohercendis cupiditatibus
conſiſtit/neglectui habuere. utinam puſillum hæc norint/quæ Diuus
Hieronymus contra Ruffinum affert. Quod debet abeſſe langor a corpo
re/imperitia ab animo/luxuria a ſene/a ciuitate ſeditio/a domo diſcor-
diæ a cunctis rebus intemperantia. profecto iudico nullum deterius animal
eſſe/q̃ hominem intemperatum/quia nulla uoluptatum labe ſe continet.

Ratio concupiſcentiæ. Intemperat⁹

tunc uere Regina ratio non ſeruit concupiſcentiæ/& (quod omnibus
perniciolius eſt) homo intemperatus neq; ſibi amicus/neq; hominibus/
neq; Deo ullo tempore eſſe poteſt. Vnde infœlicitas maior homini accede
re non poteſt. amiſſa enim in homine temperantia quid reliquum boni uitæ

Verecundia adoleſcentibus. Reprehenſionis timor.

ſupereſſe poteſt? uerecũdia (ut de his/quæ adoleſcẽtibus maxime cõueniũt
dicam) illico fugabitur. quæ eſt magis affectus/q̃ habitus. ſignum enim
oſtendit de proximo futuræ uirtutis indole lucente/timor reprehenſionis.
Ideo temperantia omnis adoleſcentia cohibenda eſt. nam ſi in ea ætate inci
pit hæc uoluptatis eſca/illico prima calamitas corpori adhæret. fœlix adole

Decorum in omni vita.

ſcens/qui cum temperantia creſcit/qui nihil molitur ſine temperantiæ me-
tro. non ſeruit perturbationibus/& acquirit illud decorum/quod in omni
uita tam lucidam effert faciem/cui ſemper antegreſſa eſt honeſtas. tunc

Continentia

uere modeſtus dici poteſt/uere abſtinens/uere ſobrius/uere caſtus/uere pu
dicus. atq; his tãtũ poterit aſſueſcere/ut facile queat puenire ad cõtinẽtiã/
quæ eſt affectio inuiolabilis/& nunq̃ a uoluptatib⁹ ſupabilis. q̃ heroibus attri
bui ſolet/& nr̃is ſanctiorib⁹ p fide xp̃i cõtẽplatorib⁹ certatorib⁹ dari ſolet. in

nulla.

Digitized by Google

nulla itaq; uirtute magis candidum cernitur decorum / q̄ in temperan/
tia. & ſicut uenuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a bo / Venuſtas pulchritudo
na ualetudine / ſic decorum ab honeſtate & temperantia diuelli non po /
teſt / niſi mente / niſi cogitationis uigore. Quin neq; quiſq̄ ſapiēs eſſe po/
terit / niſi prius domicilio temperantiæ aſſueuerit abſtinere rebus infeſtis
eſſe conſtantem / ieiuniis mentem excolere / & peccatis omnino abeſ/ /
ſe. ſic concors aut ſocia temperantiæ perhibetur abſtinentia / quæ men / Abſtinentia.
tis / & corporis tutela eſt / pudicitiæ munimentum / pudori proxima /
honeſtati coniuncta / amicitiæ & pacis nutrix / inimica uitiorum. fugat
temeritatem. pericula declinat. officiis bonis obtemperat. ſuperba dete/
ſtatur. fidem ſeruat familiam recte gubernat. utinam ſeculum noſtrum
abſtinentiæ ſtuderet. utinam nobiles per ueſtigia temperantiæ incederent.
Non magis hac tantis delitiis uideremus principes noſtros affluere / atq;
in tot laſciuias conuerſari fugata abſtinentia. quare non mirum eſt ſi infini/ Morbi unde
ti emerſere morbi. tanta uti diſſolutione in cibo / potu / uenere non aliud
euenire poteſt / q̄ labes / turpitudo / macies / inopia / & repentinæ mortis
caſus. Quid enim expulit hominem ab illo amœniſſimo paradiſi inco/ Paradiſi amœnitas.
latu / q̄ intemperantia? q̄ non abſtinere a uetitis? Ideo religionis cultus
non alius maxime incumbet q̄ / temperantiæ / Dum ſacrificia dum holo/
cauſta offerre cupit. præferimus ieiunium quum preces ad deum fieri ua
lidiores cupimus. Propterea quod ex illa potus cibiq; abſtinentia pro/
bæ prodeunt cogitationes. tolle tu malum cogitatum / uirtus acce/ / Cogitatiões probæ.
dit. impoſſibile eſt ubi rotantur mala conſilia / malæ cogitationes / ma/
læ curæ / illic poſſe conſiſtere alicuius uirtutis pedem. Itidem in his /
qui continuo in patinis animum reuoluunt / poſſe habere aliquod domi/
cilium temperantiæ ſorores. proinde ille ſapientior & prudentior appare Sapientior & prudētior
re ſolet / qui corporis neceſſitati tantum indulget / quantum ualetudinis
ſatis eſt a indice oſtendit quodammodo nobis natura quid perage/ / Natura.
re teneremur. Nam moderatus cibus utiq; tutius famem ſedat. po / /
tus non exquiſitus / ſed paratus / melius ſitim excutit. ueſtis utilis &
commoda / ſatis ſi eſt frigus / arcet / aut in æſtu moleſtiam non affert:
quandoq; utilius tegimur lana quam auro / ſic profecto eſt ex naturæ
inſtitutis / quæ paucis minimiſq; contenta eſt. dare debemus uentri quan/ Natura minimis cōtenta.
tum debemus / non quantum poſſumus. Infœlix ille in concilio na/ /
turæ haberi ſolet / qui famem maiorem & gulam poſſidet / q̄ uentrem.
neq; ars libentius id indulget. nam diuerſa cibaria dicit potius inqui/ Cibaria di/ uerſa.
nare quā alere. Tum illud potiſſime acumen animi ſuperfluo illo de/ /
primitur. Lycurgus Lacedæmonius legum conditor prohibuit aliquem cul Lycurgus.
tius alio progredi / & opulentius alium alio epulari. Ideo Socrates non uere
batur hoſpitem quantumcunq; magnū tenui ſuſcipere cæna / quia ſi bonus Socrates.
æquo ſufferebat animo / ſi malus parui eius beniuolentiam faciebat. Vt iam
pretioſum dictum Epicteti philoſophi / & aureum exiſtimare poſſimus Epictetus.
qui dixit. Abſtine & patere. in his duobus uerbis omnes uirtutum fruges Abſtin̄ & patere.

complexus eſt. Theſaurus ingens profecto eſt per omnem uitæ ductum ab
Darius. ſtinuiſſe ſuperfluis. Ideo Darius/quum aquam in quinatā bibiſſet/negauit
unq̄ ſe bibiſſe iucundius/quia nunq̄ ſitiens fortaſſe biberat.nam deſiuetiis
condiuntur omnia.multi decretis non infimis præcepere ſemel hominē con
Antonius balbus. ducibilius eſſe in die ſaturum fieri. Antonius Balbus in O uiliis meis unus
ex accolis & ſubditis ſupra centeſimum uixit annum/nulloq; pene per tam
longam uitam affectus eſt morbo.hic enim gloriabatur tot annos ſe incolu/
mem tranſegiſſe/ propterea q; nunq̄ e menſa ſatur receſſiſſ.ſic eſt faciun/
dum.tantum enim ex cibo & potu capere debemus/ut uires reficiantur/nō
Frugalitas. opprimantur.An neſciunt exquiſitiſſimi medici q; bonæ ualitudinis mater
Cibi ſimplicitas. eſt frugalitas? fuit illa olim ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo hu/
Cibum pali capere. manitatis ſimul & continentiæ certiſſimus temperantiæ cultus.unde maxi/
mis uiris prandere/& cænare in propatulo dedecus non erat.nullas eni epu
las habebant/quas populi oculis ſubiicere erubeſcerent.erant adeo huic ni/
tidæ uirtutis ſtudioſi/ut fræquentior pultis uſus eſſet/q̄ panis. Verū poſt/
q̄ ingluuies & libido genus humanum occupauere/ paſſim uitia & omnia
flagitia cæpere dominari.Ideo illud/quod erat omnibus familiare/ & com/
mune temperantiæ moderamen/factum eſt/ut paucis uſui fieret.proinde in
dice(uelut miraculum)tales homines oſtendimus.merito a maioribus de/
Scipio. cantatur Scipio.uicta.n.Hiſpania iuuenis & uictor/ tantæ continentiæ &
abſtinentiæ fuit/ut omnes temperantiæ partes uiſus ſit ſecum gerere.captā
puellam forma & ſanguine illuſtrem ſponſo incolumem reſtituit.Ita in om/
Socrates. nes temperantiæ fruges fuit adeo propenſus/ut neq; manus/neq; pes/neq;
mēs unq̄ peccauerit.Ideo Socrates dicebat prætoris manus non ſolū a præ
dæ lucro/ſed etiam oculos a libidinoſo conſpectu continentes eſſe oporte/
Mala noſtra re.Hinc noſtra fluunt mala ex parua abſtinentiæ conſuetudine.ita omnia ci
baria miſcemus . ita elixa cum aſſis & conchilia turdis/ dulcia acribus ſine
fine petita/quid aliud in humano ſtomacho congerere poſſunt/q̄ bilem?q̄
lētem pituitam?q̄ fomitem omnium febrium?ſurgit ille pallidus e cæna ſto
macho caleſcente grauior/in quo ad quatriduū marceſcunt epulæ/quibus
neq; mens neq; ſenſus integer eſſe poteſt.proinde hæc mala non aliud pepe
rit/q̄ intemperātia nobis.q; quātus in his emergit abuſus/ex eo coniici po
teſt/q; corpus induitur repleturq;/anima uero deſeritur & denudatur. ge/
Vita cuius a morte parū differat. nus profecto hominum cuius uita/morſq; parum aut nihil differunt.Et ne/
ſcio an maior reperiri poſſit abuſio/q̄ pro illuuie/pro crapulatione/pro ebrie
Abuſiones duodecim. tate uitam incolumem exhibere?hunc ego maiorem abuſum exiſtimo. ſcri/
pſit Cyprianus Duodecim reperiri abuſiones hominum.ſapiens ſine operi/
bus/ſenex ſine religione/adoleſcens ſine obedientia/diues auarus/fœmi/
næ ſine pudicitia/dominus abſq; uirtute/ſacerdos contentioſus/ pauper ſu
perbus. princeps iniquus/ſeruus negligens/plebs ſine diſciplina/ popu/
lus ſine lege.ſed hæc oīa uident̄ aliquo pacto tolerabilia.ſed uitā p ingluuie
intēperieq; ponere in diſcrimine cum maxima ignominia/a natura plurimū
abhorret.Q d ſi tēperātiæ & abſtinētiæ modus in oī uitæ curſu adhibeat̄/
facile abuſus omnes propellere poterimus.redde mihi mētis habitū tēpatū/

utiq;

utiq; in corporis motu apparebit decentia. quod dicam fortaſſe nonnullis
apparebit incredibile. Chriſtiana Religio tota reſperſa eſt ſucco temperan/
tiæ/& undiq; redolet abſtinentiæ flores. noſtri quicquid perſuadent pro fi/ Religio
de certatores/nil aliud uidetur eſſe/q̃ abſtinere. quid illa poſt primitiuam ec chriſtiana.
cleſiam corona contemplantium magis de ſe præbuit/q̃ intemperãtiæ incre
dibilia exempla? Abdicato omni mortalium commercio totus ille pœniten/
tium cætus ad ieiunia/ad abſtinentiæ fruges/ad uarios labores/ut a carna/ Pœnitentiũ cætus.
lium deſideriis immunes eſſent/ſe conuertit. quid enim prodeſt/ſi homines
per egregiam prudentiam bene conſulant/per exquiſitam iuſtitiam unicui/
q; quod ſuum eſt reddant/ſi fortia pro patria ſuſtineant/ſi ſpectacula & no
biles apparatus atq; magnificos oculis mortalium præbeant/ſi ingentem co
piam ex diuitiis ſuis effundant/ſi gratiam omnem loquendi & conuerſandi
habeant/de temperantia autem/de ſe/de uitæq; ſuæ moribus/de abſtinen/
tiæq; mirabili cultu nihil habeant? profecto quid apud deum acquirant non
uideo. Ideo recte Pythagoras iudicauit temperantiam Deo animũ ſine du/ Pythagoras
bio ſimillimum efficere. ſic eſt profecto. homines uere temperati & abſtinen
tes facilius cæleſtem patriam conſequuntur. intemperati uero in barathrum
deuoluuntur. Neq; ulla uirtutum i humanã ingreditur animã/ niſi prius ex
ea expulſis uitiis cuncta ad temperamentum redigantur. ſic nihil iuuabunt
ſalubres epulæ/nec nutriri corpus poterit/niſi prius quæ impediebant ſu/
perflua redigantur ad metrum temperantiæ. Diutius ſic regna durant/ubi
temperata quæq; peraguntur. ubi uero in qualibet re intemperies urget/nõ
aliud ſpectabitur/q̃ infœlix exitus. Quid enim Priami regna deſtruxit/niſi Priami ruina
Paridis intemperata libido? quid familiam Tarquiniorum/quæ tantum im Paridis libido.
perium intra urbis Romæ mœnia tenebat/diſſipauit & perdidit/q̃ uetita in Tarquiniorum familia.
temperies? Hæc quoq; effrenata libidinis uis reginam Semiramidẽ deſtru/ Semiramidis intemperies.
xit. Hæc Meſſalinam Claudii principis uxorem/hæc minorem reddidit Fau Meſſalina.
ſtinam. hæc de illo excelſo uirtutum culmine deiecit Dauidẽ regem. hæc Sa Fauſtina.
lomonem ſapientia priuauit. Poſtremum nihil eſt tam ſolidum/tam firmum Dauid.
in cunctis rebus/quod intemperies uoluptatum non proſternat ad terram. Salomon.
Quamobrem dignus es non una laude illuſtriſ. Comes/q; ita uitam pera/ Comes de naſau
gis/ut nihil pertimeas intemperãtiæ inſidias. ita eam moderaris tuo pudico
animo/tuiſq; caſtigatis moribus perpendis/ut nihil ſit de cæteris uirtutibus
tam arduum & excellum/quod hac tua temperantia non facile cõſequi poſ
ſis. Proinde in noſtris Ouiliis tibi locum hunc dedicauimus/ſacellũq; hoc
ad tuam immortalem memoriam ereximus/ut poſteri cognoſcant quãti tua
uirtus Hieronymo Perbono fuerit extimata. uale decus ſæculi noſtri/& ita
uale ut quandoq; digneris hunc librum legere/excolere & amare.

FINIS.

Temperantiæ fruges exterminat libido.
Cogitatio quoduis foris ædificat.
Virutum omnium ſpes eſt peritia.
Vltra artem nihil eſt.
Vix ingenium æquat artem.
Tempore fructus matureſcunt.
Acerbum inſuaue eſt.
Sæpe quod diu elaboratur/ minima pars diei conficit.
Min⁹ idoneũ impio aliis parere neceſſe eſt.
Eos uinci indignũ/ a qb⁹ pulchrũ ē ſupari.
Athleta qui unos poſt alios ſubit labores uires amittit.
Habet uices clypeus & gladius.
Omnis ſuſpicio ad tribunal non accidit.
Omne qđ moueť neceſſe ē ab alio moueri
Magna efficacia eſt in exemplis.
Impoſſibile eſt ſui ipſius cauſam fore.
Cauſæ nil agunt niſi ſecundo.
Vnũ mouet/ quod mouentia nõ mouent.
Nulla naturæ motio p ſe cadit fruſtra.
Quod per nos habemus nobilius eſt/ q̃ quod ab alio.
Omne agens ei coniungitur/ a quo immediate agit.
Mouens/ & motum ſimul eſſe oportet.
Species cognoti eſt in cognoſcente.
Actus purus non mutatur.
Melius eſt ab uno q̃ a pluribus dominari.
Nil agit deus ex neceſſitate.
In quo plus ē fortũæ/ i eo minus ē uirtutis
Quando quod fieri uolumus nequit/ uelle quod queat/ neceſſe eſt.
Arbos exciſa radice amittit caput.
Amore oia cõſeruanť/ augenť/ & illuſtrãť
Diuina/ & humana iura permittunt iniuriam propulſare.
Virtute/ & officiis uincere ſtudere debem⁹
Nihil concordius eſt concordia.
Priuatum odium nocet utilitati publicæ.
Propter finem agit intellectus.
Effectus procedit a cauſa.

Agens agit ſibi ſimile.
Bonum in ordine conſiſtit.
Difficile eſt bene imperare.
A malis miniſtris debet cauere princeps.
Conquieſcendum eſt ut alacrius agamus.
Metus diuturnus eſſe non poteſt.
Nemo malus diu impunitate lætatus eſt.
Stabilis/ & diuturnus ſtatus eſt/ in quo uiget iuſtitia/ & æquitas.
Oẽs inimicitiæ difficiles/ & pmoleſtæ ſũt.
Odii fructus pernicioſus/ & amarus eſt.
In dolore multorum non eſt lætandum.
Nullus mortalis contemnendus eſt/ & nemo eſt laceſſendus iniuria.
Tũ plãe inimicũ uiceris/ quũ te ipm uiceris
Fortuna magis fallere q̃ uel maxime obſequi conſtituit.
Propinquiora fini magis ſunt ſub ordine.
Ordo eſt ad finem.
Bonus non deſpicit opus ſuum.
Anima quieſcendo a motibus corporis fit prudens.
Nemo tantum habet/ q etiam nõ indigeat.
Vltimus finis unũ ultra nõ habet pedem.
Ab infortunio nemo eſt illæſus.
Innũerabilibus piculis homo ē obnoxius.
Plura ſunt incognita/ q̃ cognita.
Motus naturalis uehementior eſt in fine.
Omnes cupimus immortales fieri.
Subſtãtia intellectualis incorruptibilis eſt.
Oportet perfectiones cũ ſuis perfectibilibus habere proportiorem.
Præſẽtia melius q̃ præterita cognoſcuntur
In multis malis ratio deficit.
Naturale ē qđ oĩbus/ & omni tpe cõuenit.
Magiſtratus uirum demonſtrat.
Non ſupra crepidam ſutor iudicet.
Et naſcẽdi/ & moriẽdi tẽp⁹ datũ ē deſuper
Omnis uiuens eſt moriturus.
Melius eſt ut filia moriatur/ q̃ eam turpiter collocare.
Orbitas & ſenect⁹ magnã licẽtiã præſtant.

Digitized by Google

Superuacua eſt extimulatio pertinaciter currenti.
Qui præſentem laudat aſſentationi uidetur obnoxius.
Mori non poteſt/qui nunq̄ uixerit.
Vir probus nemini uerba dat.
Homo uerus non patitur ſe redigi extra ordinem.
Fit inſanus qui inſanos imitatur.
Medicina occaſionem expectat.
Non eſt conſtantis quotidie mutare ſedem
Non bene cenſuram gerit qui ipſe cenſendus eſt.
Veteribus amicis nouos comparare non debemus.
In omni facultate quædam principia ueluti fundamenta conſtitui ſolent.
Humanæ res ſunt mutabiles.
Qui nauigat iura uentorum ſequitur.
Non eſt animus cum loco mutandus.
Bona fortunæ nihili ſunt facienda.
Si cælum cuſtodimus terras amittere non poſſumus.
Fragilitatis humanæ memores eſſe debemus.
Pro priuato officio priuata gratia reddenda eſt.
Tempore belli ius eſt datum ſceleri.
Priuatum officium habet quod ſuum eſt.
Poſſidens pauca quod uult curare poteſt.
Virtus etiam malos allicit ad ſe amandum.
Nihil iucundius q̄ bonis alere aīm artibus.
Pecuniæ pacis/& belli ſeruitia ſunt.
Lepores timidi/& acerrimi ſunt auditus.
Solus homo eſt deo inobediens.
Negocia humana ſunt inuoluta.
Nil quærendum quod non ſit iuſtum.
Non eſt q̄renda naturæ ratio/ſed uolūtas.
Animus aliquando in iniquitia peregrinatur/& non habitat.
Pauci ſunt qui uelle/& poſſe æquent.
Res ſecundas habere hic perpetuo non eſt fœlicitatis.
Perniciosum eſt uitium grauem mentiri.
Non eſt laus ignorare uitia.
Nihil eſt uerbi ad comparationem exēpli.
Homo non fruitur perpetuis bonis nec æternis malis.
Montes & flumina ſunt termini gentium.
Nullis uitiis deſunt pretioſa nomina.
Liberalis de ſuo/non de alieno donat.
Vir iuſtus gratus eſt.
Actiones a potiore nominantur.
Si nobis deficimus/neminem ſperemus nobis affuturum.
Debent diſcipuli bonis præceptoribus.
Non eſt eiuſdem tuto emergere qui ſe ultro fluctibus immerſit.
Factioſi ſuam ipſi peſtem/atq; perniciem moliuntur.
Hominum uſus non eandem uim habet in omnibus.
Ingenium obſcœnæ curæ deſtruunt.
In omni re inuenit prudentia remedium.
Efficax ē animi/ſermōiſq; abſciſſa grauitas.
Potius in tpe q̄ in ſententia peccandū eſt.
Omnia ſunt agenda ex maieſtate reipubli.
Paupi/& auaro difficile ē iura recte dicere.
Amicitiæ cauſa nil iniuſtum faciendum eſt
Veſtis pulchra non unicuiq; eſt cōueniēs.
Minus malū ē mori ſocratē/q̄ uiuere lyſiā
Parmenion conditiones accepiſſet/quas renuit alexander.
Gratiarum actio ab hoſte ſuperuacanea eſt
Mundus duobus ſolibus/nec duobus imperatoribus gubernari poteſt.
Peſſimū ē habere uicinum hominem audacem/& malum.
Improbus formidat iuſtum iudicem.
Plus ſapimus/& rectius cōſulim⁹ ſedētes.
Firmiora cōſilia exhibentur in diuinis locis
Male facta deus reperit omnia.
Alius te nō metuat/ſed tū ſuā timeas uicē.
Sapere maxime nunc oportet.
Stultitiæ/& adoleſcentiæ non parū ignoſcendum eſt.
Satis eſt patri/ſi pudet filium.
Familiæ quoq; mutari ſolent.

Homini miſero malum accidit ad malum.
Nihil magis ignobile ẽ/q̃ degenerare a ſuorum uirtutibus.
Non eſt mirum q̄ is/qui habet os ferreũ/habeat & æneam barbam.
Si mal⁹ expiaẽ/bonus magis dignoſcitur.
Ex hiſtoria regum principes fiunt meliores
Satis eſſe debet religioſo/ut neq; deſit neq; ſuperſit:
Cuilibet aliqua ars eſt.
Amaris iucunda ſunt miſcenda.
Varietas fortunæ ludus eſt.
Qui ſuperat animo/ſuperat & uiribus.
Fortuna in leuitate conſtans eſt.
Nullis meritis perfidia mitigari poteſt.
Acutius cernimus aliena/q̃ nr̃a tractamus.
Varietas fortunæ blanditur ſenſibus.
Fortuna in malis ſolet eſſe tenacior.
Proceræ arbores ſolent ictibus ruere.
Arbores magnæ diu creſcunt/& una hora extirpantur.
Stulti eſt fructus ſpectare/& altitudinem non metiri.
Leo aliquando auium pabulum fit.
Qui duellum prouocat ſuæ pœnitet uitæ.
Inſanit qui ipſe maledicit ſibi.
Tandem aperitur dolus.
Non ſine uento mare fluctuat.
Si ſapit muſſitabit cliens.
Meretrices audaciores ſunt militibus.
Magno uento plenum eſt undarum mare.
Plus ſcire oportet ſeruium q̃ loqui.
Meretrix cum quouis audacia certabit.
Stulti loquium plurimũ prodeſt tacẽtibus
Plus facere utile eſt ſeruum/q̃ obloqui.
Plus te ualidiſſimũ ingeniũ poteſt/q̃ uires
Plus homini uiua uox/q̃ ferrum penetrat.
Sedulitas beneficio opum/& temporis omnia expugnat.
Multos pacis ſecuritas ruſticos facit.
More pecudum una ſaliente cæteræ ſaliũt
Aliud priuati hominis/aliud imperantis officium eſſe debet.
Ignorans literas ignorat leges.

Ingenium docile etiam ſine doctore ſtudẽdo plurima diſcit.
Mollis cera ad formandum facilis eſt/etiam ſi artificis ceſſent manus.
Mechanicus effectus infamis eſt.
Peritia imitandi eſt uiliſſima.
Scire cupimus gratia boni.
Deus ſine fine omnium eſt finis.
Omnium opifex timendus eſt.
In deo non eſt neceſſitas/ſed uoluntas.
Doctrina niſi conducat eſt inutilis.
Dolor non ẽ impugnãdus/ſed cõſolãdus.
Pulchrum eſt uincere/turpe eſt uinci.
Sors uitæ emendatur artificio.
Supãda ſũt uitia/ſequendæ ſunt uirtutes.
Fragilitatem ubiq; præferre debemus.
Excuſandus eſt qui artem arte ludit.
Canes/& equi manſueſcunt lenitate magri
Laus totius ciuitatis bono attribuenda eſt principi.
Non nobis fortunæ laudes attribuẽdæ ſũt
Securitas futuræ uitæ facile oĩa contẽnit.
Ille diues profanus eſt/qui aliorum paupertate opulentus factus eſt.
Non eſt conſuetudinis/ut minores filios tradamus ad nuptias.
Facilius eſt plurima uincere/q̃ tueri.
Vſu neceſſaria i reb⁹ aduerſis ſequẽda ſũt.
Quos natura nõ poteſt lõga dies mitigat.
Nil tutum in hoſte deſpicitur.
Liberis præmiũ ſeruitutis ingratũ eſt.
In ſuo quiſq; negocio hebetior ẽ q̃ in aliẽo.
Impreſſæ ſemel haud facile delentur notæ
Non ceſſat a pctõ q peti habitũ cõfirmauit
Vita hominis termino annorum centum quodammodo deſignatur.
Veſtes albæ purũ oſtendunt/& innocẽtẽ
Mobilium progreſſio ab ipſa motoris immobilitate regitur.
Princeps liberalis nullam ueſtem ultra mẽſem induit.
Prodigalitas ex uana ſpe admodum ſtultiſſiſſima eſt.
Lubricũ liguæ ñ facile ad pœnã trahẽdũ ẽ

Digitized by Google

Dolum doloſo contra præpara parem.
Nil magnum breui tempore eſſe poteſt.
Virtutes non ſunt ullo modo negligendæ.
Matronā alloqui ignotum familiariter/aut impudici/aut curioſi animi eſt.
In ſæpe palus palo proximus eſt.
Reliquiarum ſpes animū oblectat ſeruorū
Non eſt bene uenire aduerſum tempori.
Vtile eſt minimo eſſe diſpendio.
Malam rem pro maledictis dari conuenit.
Bene uiuentes uirtute ſua propria mirifice delectantur.
Virtute acquirenda eſt dignitas.
Boni admodum præſumuntur qui ex bonis traxerunt originem.
Omne quod gignit alimentum conueniens genito conuenit.
Bonus medicus quærit corporis ſeruare ſanitatem/uel amiſſam reſtituere.
Magni uiri quærunt numerum/non æqualitatem ſeruorum.
Nō ē æquū repoſcerē/quæ iā dono dedim⁹
Aequum eſt ueſtimentum mulierum muliebre/& uirum uirile.
Non bene eſt bū merētē habere deſpectui.
Aures curant͛ fugata ſurditate/admoto uero admonitu.
Ciuitas melior fit ſi amicitia eſt inter ciues/odia uero & ſeditiones obſunt.
Sūt diſciplinæ quædā mulierū/q̄dā uirorū
Cura animæ tantum habenda eſt.
Summæ prudētiæ eſt callere/& cognoſcere q; matrimonii cuiq; conueniat.
Lex magis debet prouidere ne fiāt ſcelera/ q̄ ea punire.
Diuerſi mores dedere cauſam litibus.
Vrbes ſunt confecta cladium.
Mala ſunt omnibus æqua.
In regno plus eſt fellis q̄ mellis.
Satius eſt eſſe dn̄m auriū/q̄ ſeruū linguæ.
Tot ritus ſunt quot cœtus hominum.
Bonus princeps dando magis lætatur/ q̄ poſſidendo.
Vſus dictat/ut quod opus eſt facto facias.
Quaſi nihil eſt/de quo nō ſit habēda fides
Facultates debent eſſe manifeſtæ/& circa æquum exerceri.
Mortaliū mentes amore domantur.
Ab euentu apparet utilitas.
Circa decora/& non in uanis uerſandū eſt argutiis.
Malū maximū ē pitia male comparata.
Deo ſimilis eſt uir bonus.
Priceps bonus paſtor populi nuncupatur.
Funiculum triplicē difficile ſoluimus.
Quæ ſunt dei deo ſunt reddenda.
Sæpe dolore afficimur dum curamur.
Nō ē laudabilis experientia ubi ñ ē ſciētia.
Non eſt laus infima principibus placere.
Rex ſapiens multos habet oculos & plurimas aures.
Rex pro paruis magna dare debet.
Qui facit amicos diuites ſeipſum ditat.
Gloriæ quo plus eſt/eo & maius/& meli⁹
Miſerius eſt degere cum animo inſano/q̄ cum inualido corpore.
Miſerum eſt libero homini ei nō licere ſuo modo ingenio frui.
Senes eſt æquum ſenioribus obſequi.
Dies adimit ægritudinem hominibus.
Qui ābular incaute facillime i foueā cadit
Fames moleſta eſt.
Fameſcentē comedere uoluptuarium eſt.
Iuſtū ē ut ſubiectis plus habeāt dominātes
Non eſt beatus qui alicui ſeruit.
Si beati eſſent qui nullius indigent/lapides & mortui fœliciſſimi forent.
Prouidi iuuenes delectant͛ ſeilib⁹ ſermōib⁹
Auari difficilis eſt familiaritas.
Facilius eſt interrogare q̄ reſpondere.
Scd̄m exactā naturā uſq; ad uiuū reſecam⁹
Venatio alimenta bona ſuppeditat.
Prudenti pecuniæ conferunt.
Vrbes etiam ipſæ deficiunt.
Hoīes ſe ex magnis īfortuniis amplectūtur
Quaſi omnes artes ferro indigent.
Viuere eſt mori/& mori eſt uiuere.
Subditi delectātur iis/qb⁹ delectātur dn̄i.

Ars gubernatoria pecunias/corpora/& ip/
ſam uitam ab extremis ſeruat periculis
Flagitioſo homini/ut uiuat non expedit.
Malus curator eſt/qui aial manſuetũ acce/
pit & magis ferũ reddiderit/q̃ accepit.
In bonos beneficium eſt conferendum.
Nullus bonus hominem accuſat inſontẽ.
Patiunt̃ ſæpe q principi ĩprobo bñfecerint
Deteſtabile eſt corrumpere iuuenem/uel
ſenes mordere.
Concordia paruæ res creſcunt/diſcordia
maximæ dilabuntur.
Iuſtiſſimum eſt iniuriam propulſare.
Verus princeps omnia dicit/& facit ad uti
litatem ſubiectorum.
Qui ſibi uiuit/& qui ſibi ſumptũ facit/ei
oẽs benedicũt/& eum omnes amant.
In hac uita mortali nullũ ẽ gaudiũ diutinũ
Deus ſolus optata noſtra poteſt adimplere
Scit Deus quod nobis opus eſt.
In medio omnibus palma eſt poſita.
Ipſa ſalus eã domũ nõ ſaluaret/in qua ſit
adoleſcẽs luxu pdit⁹ & ſenex delirãs
Quæ pter ſpẽ eueneſ largiſſime utẽda ſũt
Vita noſtra eſt ut ludus Taxillorum.
Multa in homine ſigna ſunt/ex quibus cõ
iectura facile ſit.
Duo idem faciunt/& hoc licet impune fa/
cere huic/illi non licet.
Ad omnia ſenes ſapiunt rectius.
Adminiſtratio Reipu. integrum hominem
ſibi uendicat.
Oĩm moleſtiſſimum eſſe debet impitũ eẽ.
Amico benefaciendum eſt re/non uerbis.
Maxima ſtultitia eſt diligere malum.
Deus collapſa in ordinem reſtituit.
Recte nõ ſiunt duæ artes/nec bina ſtudia.
In dominio non portentur ſuperflua/nec
exportentur neceſſaria.

Fœlix nemini ĩfert iniuriã nec ab alio patit̃.
Tẽpore pacis artes bellicæ exerceri debẽt.
Non ita graue eſt bona non habuiſſe/q̃ iis
priuari quæ habuerimus.
Optima cuſtodia pricipis eſt ipſius ꝓbitas
Nihil eſt decens ei/qui uirtute careat.
Bene eſt reipublicæ ſi boni ſunt iuſdicẽtes.
Si bonus eſt princeps/ſubditi excitantur
ad honeſtas actiones:
Ocio opus eſt/ſi uolumus diligentiam ha
bere rerum optimarum.
In magno impio magna faciẽda eſt impẽſa.
Magna ẽ occupatio hñti pluriaspoſſeſſiõeſ
Libertas omnibus æqua eſſe debet.
Pecuniam in loco negligere/maximũ inter
dum eſt lucrum.
Rem ſuam non recte faciunt/qui delectan
tur ineſcare homines.
Sati⁹ ẽ habere potius ĩ pſentia q̃ in futuro.
Sapere eſt nedũ præſentia uidere ſed futu
ra proſpicere.
Vt homo eſt/ita morem geras.
Extremũ oĩm malorũ ẽ deſcẽdere ad ĩferos
Pro mentis uiribus in cauſa certandum ẽ.
Procul admodum abeſt/ut uolet/qui iam
grandis eſt natu.
Deo amicum opus eſt ſanctum.
Deo uir amicus eſt ſanctus.
Deo inimicum opus eſt profanum.
Vir Deo inimicus profanus dicitur.
Iuſtus ſemper plus patitur/q̃ iniuſtus.
Qui peccarunt/cuncta dicere/& agere/
experiuntur/quibus pœnã deuitent.
Præmia niſi certatoribus dari ſolent.
Magna ciuium bonorum penuria eſt.
Ex familia generoſa illiberale facinus oriri
indecorum eſt.

FINIS.

Digitized by Google

Liber Vigeſimuſquintus Ouiliarum De Fortitudine Ad Andream Aureã.

Digitized by Google

Plurimum Illuſtri Et Excelſo Andreae Aureae Caeſarei Exercitus Naualis Impe ratori ſapiétiſſimo Hie ronymus Herbonius Marchio Inciſae Ac Ouiliarũ do minus foeli citer cupere.

INCLYTE ac magnanime princeps Aureæ familiæ & totius Lyguriæ decus te nũc adeo/ & tui ingenii camœ nas expoſco,rogo ne auertas aures/ne tuum proloquiis noſtris auditum depellas.ſed frontem tuam/quam om nibus ſerenã oſtendis/benignam/facilem explica/ tan tiſper quandiu hæc pauca tecum alloquar.ſcis quo pa cto humana fluat uita:ſic nos oẽs mixtim natura hocce uelut faſciculo alligauit/ut proximitate utriq; ab alteris aliquid capere poſſint/& ueram detur intueri uiam / per quam ad perſcri ptum bonum a Deo immortali accedere poſſimus.multi uulgari decipiun tur errore/propter quod aliorſum deflectentes in magnis tenebris depereũt. Principes/quia militaria negocia animum magis propellunt/q̃ pacis ſtudia/ malunt maiora imperia tenere q̃ bonas nutrire uirtutes . Ideo ſæpius decipi ſolent/& eo magis a uero delirant tramite / quo nacti ſunt nonnullos / qui prauis conſiliis potius aſſentationi ſtudent/ q̃ explicandæ ueritati. Et(quod longe ab æquitate ueroq; moderamine magis eſt auerſum)non adhibent bo nos quoſq;/qui ſimpliciter & ſapientiſſime conſulerent.non ſic nautæ in me dio fluctuantium turbine/grauiq; maris tempeſtate faciunt.qui quãtumuis experti & callidi nauigandi ſtudio/patiuntur tamen a quouis admoneri & corrigi.profecto belligerantibus & his qui regendis Vrbibus præſunt/non unum debet eſſe conſilium/propterea q; non minor tẽpeſtas atq; agitatio in rebus terreſtribus/q̃ in maritimis contingere ſolet.Ideo exactiorem peritiam & ſanctiora conſilia exquirere deberẽt.noſtri ueteres lõge aliter q̃ recẽtiores faciũt principes/qui ea imbuti perſuaſione ita ſe ſcire perſpicereq; putãt/ut prudentũ minime neceſſaria dicant cõſilia.at illi nunq̃ abhorruere aliena cõ ſilia.& quando forte defuiſſent/ad ſacras hiſtorias decurrebant / quibus do ctiores fierẽt ex his/quæ magiſter uſus edocuerit .Ideo ſæpenumero uin//

Andreas aurea.

Vita humana.

Principes errant.

Aſſentatores

Nautæ.

Terreſtria

Prudentum neceſſaria cõſilia.

Romani cebant. Ideo Romani Principes quando nihil inconſulto faciebant / totum
terrarum orbem imperio ſubiecere. neq; uoluere unq̄ fortitudinem militarē /
quam præ cæteris mortalibus oſtendere egregiam / progredi atq; antecede/
re ſine prudentum decretis. Quod ſi noſtri nunc Reges conſuetudinem
hanc retinere uellent / puto non tantum de Imperio Romano & Republi/
ca chriſtiana infidelis tyrannus occupaſſet telluris & ditionis. proinde mi
princeps Andrea tecum in hoc libello noſtro cupimus perbelle loqui / impri
mis de fortitudine / propterea ꝙ cum nullo alio melius ſermonem habere po
tero / q̄ cum tua excelſa militandi uirtute. uidebimus quibus uera inſit for/
titudo / & quantum pleriq; qui putant ſe eſſe mortalium fortiſſimos / a ue
ra fortitudinis ratione degenerent. delegi te ad hunc celebrandum ſermo/
nem in Ouiliis noſtris / quādo ita mihi in hac ætate ſenili excellere uideris /
ut ea hac uirtute media / quam in tui animi altitudine ſpectamus / poſſimus
exempla noſtris rationibus addere. indecens mihi uidebar agere ſi de cæte/
ris uirtutibus fuerim ad alios principes locutus / de hac uero nihil tetigerim
præſertim quum te habeam ante oculos uerum typum & tantæ uirtutis ue
rum architectum. Non enim fateor me potuiſſe tacere / quum per tot an/
nos ab omni ætate tua excelentiſſima proſpexerim omnia fortitudinis ueſti/
gia lucere. data eſt mihi his paucis annis optata occaſio. a Rebus publicis
iam ſemotus ad Ouilias meas me contuli. ibi uelut e ſpecula rerum huma/
Stabile hic nihil. narum rotatus contemplans intuituſq; nihil eſſe in his conſtās / & ſtabile ad
uirtutes has quas in his meis Ouiliis per partes diſpoſuimus / conuerti ani/
mum / ut me amicoſq; meos per huiuſmodi recollectiones apud poſterita/
tis ingenia redderem celebratos / & te præſertim / cui ob ingentes uirtutes
ſuas ſemper affectus ſum / quem ſemper recolui uelut paternam imaginem
inter cæteros maritimos Duces unum uerum imperatorem ſapientiſſimum
& inuictū. propterea ſapientiæ tuæ maieſtatē ita colui / ita ſemper animo fixi
ut ipſam nunq̄ ſit neq; ſors / neq; uis ulla / neq; mors meo animo abolitura.
quapropter ſi hæc tecum familiariter præcurro non eſt mirum. omnibus no
tum eſt quantum humaniſſimo principi noſtro afficiar / quantum per ignē
& aquam illius nomen / & fortunam ſim ſecutus / quātum Cæſares Maximi
lianum & Carolum obſeruauerim. q̄ obſequens fuerim / q̄ opibus noſtris
paratus extiterim. Alii per partes / per actiones / per affectus / per uerba
amorem oſtendunt. Ego per omnia officia amorem meum explicui uehe/
mentiſſimum. neq; quicq̄ de opibus meis reſeruaui / parcamq; continui ma
num / ubi de intereſſe ipſorum agi cognouerim. Ideo ſi quid in Ouiliis no
ſtris cum Cæſare / ſi quid cum principe meo Franciſco Sfortia Excellentiſ/
ſimo & humaniſſimo ago familiarius / id meo iure uideor facere. nec quen/
q̄ iniuriis puto me afficere propterea id quodammodo a natura primis nata
libus meis uelut condonatum habitum habeo. ſed ad rem Illuſtriſſime
Princeps. hæc pauca dum tua mens ab altioribus rebus ſe ſeparat le/
ge. de fortitudine ſermo habebitur. cognoſces quanta animo tuo uirtus
inſit / & legendo meminiſſe poteris de Hieronymo Perbono tuo. Vale
ad uotum fœliciſſime. Ex Ouiliis.

Digitized by Google

Hieronymi Perboni Marchionis Incisae Ac Quiliarum Domini Liber Uigesimus quintus De Fortitudine.

IN omnibus geſtis Illuſtriſſime Andrea Genuæ liber⁄
tatis inuicte defenſor / quæ aut magni reges / aut Prin
cipes / aut exercitus ductores fortiter egere / nullam — Fortitudo.
maiorem laudem ii meruere / q̄ quæ e fortitudine eni⁄
tuit. per hanc Aſſyrii / Argiui / Aegyptii / Lacedemo⁄
nii / Græci immortale ſibi comparauere nomen. Cæ⁄
teræ autem uirtutes e conſpectu huius inuictæ deæ for
titudinis uelut ſubobſcuræ reſident. nec magis aliis præ — Romanus populus.
clariſſimis rebus / q̄ fortitudine in bellicis negociis populus laudatur Roma — Romanorū
nus / qui cæteras nationes hac uirtute fortiter ſuperauit. ut inde uelut ex re — eſt agere &
ipſa natum ſit adagium. Romanorum & fortia agere & pati proprium eſt. — pati fortia.
Hinc illa coronarum multitudo reperta uelut gloriæ præmium / quæ dabā
tur his / qui pro patria / pro parentibus / pro Religione aliquod fortitudi⁄
nis edidiſſent opus / quum maxime hæc uirtus labores ſequatur / & apud
naturam ſapientumq; decreta / nullum deſidere laborem oportere ſine debi⁄ — Labor nullꝰ
to & præſcripto præmio. ſic ueterum ſapientiſſimi / & Lacedæmonii & alii — ſine præmio.
q̄bus maxima erat patriæ gloria curæ / docebant ante oīa adoleſcentes filios — Lacedæmonii.
fortes fieri & conſtantes. hanc præcipue uirtutem Aſcanium puerum edo — Adoleſcentes
cebat magnus Aeneas. Diſce puer uirtutē ex me uerumq; laborem. Quod — fieri conſtantes.
exiſtimabat Regibus & principibus nullam uerius poſſe aduenire gloriam / — Aeneas aſca⁄
q̄ quæ ex fortitudinis laboribus cōparari ſolet. Cæterū multi nō ſine magno — nium.
errore credunt ſe eſſe fortes quum non ſint. quædam faciunt / quæ nullo mo
do ob uerā fortitudinem laudes aliquas merent̄. ſcio ego q̄ tua erudita mēs
cognoſcit in quibus maxime conſiſtat fortitudinis uirtus / & in quibus ſo⁄
leat frequenter errare propterea q̄ in extremis cunctis medium a ſapientibꝰ — Medium uirtus.
inditum eſt / quod uirtutis nomen ſortitur. contingit plærunq; peccare circa
timores & audacias. q̄ quum ita ſit oportuit reperiri uirtutem per quam re⁄
ctius inter hæc agatur. Nam ſunt quidam adeo imbecillo animo / ut leuia
quæq; & nullius ualoris momētiq; ſtrepentia per horreant & timeant. qui⁄

dam uero adeo improuido animo & indocto / ut etiam cæli numina contem
nere uideantur. Qui profecto non fortes ſed potius dementes & inſani exi

Fortitudo uera

ſtimandi ſunt / propterea q uera fortitudo / quæ magna & inconcuſſa uir/
tus eſt / hoc ſibi aſciſcit officium / ut ſciat reprimere timores / & moderari au
dacias. ſic enim reprimit quum aliquis pedem animumq; non retrahit ab eo/
quod retrahendum diminuendumq; atq; propulſandum ratio dictat. ſimul
moderamen iniicit / quũ aliquis inſipienter qd aggreditur / quod ratio uetat.
Ideo metrum in his conformat ſapientia. Nam timor utiq; & audacia ante
frontem ſemper ſpectare pericula. formidoloſus enim periculi reputatione
langueſcit / audax in terribilia ruit / quum fortis neutrum appellat. Nam al
tius concipit quædam eſſe pericula in bello acria / quædam rebus maritimis /
quædam alia & alia / ut ægritudinũ caſuumq;. in periculis non militatibus /
ſunt qui timẽt / ſunt qui audent. ex numero audentium diuerſi perhibentur.
Quidam enim de leui aggrediuntur ſubitoq; impetu inuadunt / & poſtq̃ in
ualere / ſi reperiunt quod obſtet obnitaturq; minores fiunt / atq; fugiunt.
quidam cunctantius aggredi periculum ſolent. uerum quum aggreſſos
fortuna impulerit / ſuſtinent diutius / & bellorum pericula tolerant. & quia

Virtus circa bonum.

uirtus ſemper circa bonum & difficile ſe explicat & ex his quæ maxime diffi
cilia perhibentur / ſunt bellica diſcrimina. magis ergo circa hæc inſudat
uirtus / q̃ circa alia. & quia difficilius eſt reprimere timores / q̃ moderari au

Leonis mos.

dacias erit proinde magis occupata uirtus in timore / quia more leonis uir/
tus facit. ſemper enim ille cum ſuperioribus & grãdioribus dimicat beſtiis
ſic uirtus quando difficilius eſt ſuſtinere / q̃ aggreddi / erit potius fortitudini
curæ ſuſtinere & uincere periculis bellicis / q̃ inuadere. ſunt enim illic peri/

Fortis circa quid.

cula magis præ oculis / præſertim quum per fugam euitari non poteſt. Iccir
co fortis uotum primarium alit / exercetq; uires magis circa militarem indu
ſtriam / & pericula. mox ſecundo circa alia diſcrimina. Ideo dicitur q fortis
is eſt / qui impauidus exiſtit circa bonam & laudabilem mortem. nam inti/
midum eſſe in aliis periculis præter bellum / tum in mari / tum in cæteris aliis
ut pote egritudinibus / ſecũdo fortitudinis loco haberi ſolet. Quod autẽ for
titudo potius innitatur magiſq; in ſuſtinendo dignoſcatur / q̃ in aggredien
do / ex eo probari poteſt quia aggreſſio debilioris eſt / ſuſtinere fortioris. ille
malum ut futurum diſputat / hic præſens habet. tum aggredi ſubito momen

Suſtinere triſtia.

to fieri ſolitum eſt. ſuſtinere uero non poteſt nixum aliquem habere ſine mo
ra. Ideo fortitudo eſt in ſuſtinendo triſtia & grauia in his periculis / quæ aliis

Vir⁹ mediũ capit

maiora ſunt. Et licet uirtus ſemper duorum extremorum medium capiat /
tamen ſemper uni magis opponitur / q̃ alteri. Et quia plus timor repugnat for
titudini / q̃ audacia / ideo proximior fit audaciæ / q̃ timori. & propter uicini
tatem quandoq; ea extremitas quæ audacia dicitur / loco uirtutis quandoq;
habetur. ſcis hæc princeps Illuſtriſſime exactius q̃ philoſophantes. exper/
tus es omnia genera fortitudinis. nullum eſt / aut numerari poteſt periculũ
quod tua fortiſſima dextera non fuerit perpeſſa. Nihil habuit tuus fortiſſi/
mus animus in cunctis rebus præcipue / q̃ ueram hanc excellentiſſimam

Digitized by Google

uirtutem exanclantis tot & tantis laboribus pro patria conſeruanda/ pro
Cæſaris imperio/ pro bono publico/ pro ciuibus conſeruandis/ pro Chri
ſtiana Republi. ut non una tibi debeatur corona. nobis hæc contemplan/
tibus in noſtris Ouiliis hūc libellum/ quaſi triumphalem ſtatuam deberi ti/
bi exiſtimantibus/ non alius ſuccurrit princeps cui iſtud ipſum ederemus.
Et quia multæ ſpecies uidentur apparere fortitudinis/ ne quis decipiatur ut
omnes fortes admirentur/ diſtinctius has ponemus. Nam eſt quædam ſer/
uilis/ quædā militaris/ quædam furioſa/ quædam ex uſu quodam naſcitur/
quædam beſtialis/ poſtremo quæ uera fortitudo eſt diſiectis aliis/ quæ im/
merito nomen fortitudinis ſibi uendicant. illa præcipue eſt uera uirtus/ quæ
propter bonum ex electione fit. bonum uero aut uniuerſale/ aut circa paren/
tes/ aut circa cultum diuinum. nam ciuilis fortitudo illa uidetur eſſe/ quum
aliquis uerecundiæ ſtimulis correptus animoq; expetens hinc inde hono/
rem/ ea quæ terribilia uidentur aggredi ſolet. ſic miles honoris cupidus mul
ta facit dicitq;/ ut a principe ſuo plurimum laudetur/ & a commilitonibus
multo honore dignus exiſtimetur. ſic in hac fortitudine Homerus laudat
Hectorem. qui dum increpationes reformidat alienas/ periculoſa diſcrimi/
na adibat. Illa uero quæ ad ſeruos pertinet minor eſt q̄ hæc ciuilis/ pro/
pterea ꝙ multi pœnæ præſcripto metu mandatoq; prælium capeſcunt. ſed
coacti ii nullā ueræ fortitudinis dexterā habent. ſunt tn̄ & alii qui experien/
tia longa militandi prælia ineunt & aggrediuntur pericula aliqua. neq; dubi
tant in eo ſe immiſcere turbine/ de quo euadere poſſe ſciunt. nam nullus at/
tentare dubitat/ quod ſe bene didiciſſe confidit. cæterum hi uere fortes non
ſunt. Nam quum nouum atq; nouum periculum exceſſerit experientia de/
ſtituti fugiunt. furioſa uero fortitudo/ quam alii impetuoſam appellant/ ſæ/
pe a uulgo magno præconio exiſtimari ſolet/ quum uera fortitudo nullo pa
cto dici debeat. multos enim milites & certatores uidemus percipi furore/
& ita indignari/ qui quum ea excitatione correpti ſunt/ pugnam capeſ/
ſunt. Verum quum ille deſedit furor iraq;/ potius fugam reſpiciunt q̄ pu/
gnam. ſunt tamen quidā quibus ſors in prælio bis ter ue fœliciter ceſſit. quo
aucti uoto putāt cūcta ſimiliter ſubſeq & ſpē quandā uictoriæ cōcipiūt &
audaciā bellandi. ſed fortes nō ſunt. Nā quū repiunt qđ nollent & qđ uetus
uſus nō obtulerit/ terga uertunt. At illa quæ belluina potius fortitudo dici
debet/ fortes homines nulla ratione facit. Quidā. n. aut inepti/ aut nullius cō
ſiderationis homines per imprudētiam (ut plurimum) pugnam aggrediun
tur in eos/ qui aut multo plures ſunt aut natura fortiores/ ſicut qui ſub pla
ga meridionali naſcuntur audent contra ſeptentrionales arma capere. ſed
quia imbecilles & debiliores innatis uiribus ſunt/ facile uictoriam hoſti/
bus relinquunt. Cæterum uera fortitudo non eſt reſpectu uerecundiæ/ non
iniectæ pœnæ/ non honoris ſtudio/ non per experientiā/ nō per ignorantiā/
ſed ꝓpter uerā uirtutē/ propter uniuerſale bonum/ ꝓpter patriā & parētes/
ꝓpter ſalutē boni principis/ p̄cipue uero ꝓpter fidē chriſti. ideo ex electiōe/
uera fortitudo dignoſcit. Iccirco milites/ Ductores/ principes/ reges debent

Fortitudines multæ.

Virtus uera quæ propter bonum.

Fortitudo ciuilis.

Homerus.

Fortitudo ſeruilis.

Fortitudo ex uſu.

Fortitudo furioſa.

Sors quibus in prælio.

Fortitudo belluina.

Milites ſub plaga meridionali.

Milites ſeptentriōes.

huiuſmodi fortitudinis differentias bene pernoſcere. ut ſciāt quibus cauſis
ſe ſuaſq; copias & exercitum ad pericula exponere. Ideo magna præconia
uatum extant pro illis & monumenta hiſtoriarum / qui ueram fortitudi/
Curtius. nem exercuere. Iccirco tantopere apud Romanos uera Curtii fortitudo lau
data eſt / qui teterrimam mortem non ueritus eſt ob patriæ ſalutem. adhuc
Scipio. uiuit pietas Scipionis erga parentes contra Annibalis milites. nam captum
parentem pene adoleſcens liberauit & hoſtem interfecit. qua pietate fortitu
dinis meruit & Ciuicam coronam & ſtatuam. Quid illud? an unq̄ interitu
Leonidas. rum putabimus Leonidam Spartáorum regem qui cum quatuor millibus
hominum in anguſtiis termopilarum ſpatio trium dierum innumeræ mul/
Termopilarum anguſtiæ. titudini copiarum Xerxis regis Perſarum obſiſtit / & perſuaſit ſuis plus pa/
triæ debere q̄ uitæ / ac mori cum gloria potiuſq̄ pati patriam in Tyranni iu
Xerxis multitudo. gum peruenire. Atq; eo modo animati uiri immortales & inuicti ſexcenti ir/
ruperunt in caſtra ſexcentorum millium. Inter ſtragem & cadauerum acer/
uos cum multa hoſtium ſtrage / uelut leones cum ſuo Duce inuictas emiſ/
ſere animas / atq; immortale exemplum pro pietate patriæ de ſe reliquere. ſcri
Cenotaphiū. ptum eſt uelut Cenotaphium. Dic hoſpes Spartæ nos te hic uidiſſe iacen/
tes dum ſanctis patriæ legibus obſequimur. Multi ſunt & pene innumeri
qui pro diuino cultu pericula extrema non obhorruere. quis alius dici debet
David. Dauid q̄ uere fortis? qui adoleſcens inermis impauidus aggreditur Gigan/
Machabei. tem armata lorica multipliciq; telo armatum / atq; inuaſum interfecit? Quid
Romani. de Machabeis fortiſſimis uiris dicam? quid de cæteris illis Romanorum
Mors in bello pulcherrima. proceribus? qui nedum pericula adhibant / ſed optabant pro ſalute & in/
columi Republica mortem. Illa eſt profecto pulcherrima mors quæ contin
git in bello pro uniuerſali bono. & illi habendi ſunt fortes / qui circa hanc
pulcherrimam mortem uerſantur. qui non ſolum in terra ſed in mari / & in
quibuſcunq; aliis periculis timore mortis uacant. Non tamen eo modo quo
fortes faciunt. puta ut nautæ qui ob experientiam ſpem euadendi retinent
& confidunt. fortes uero uiri de ſalute deſperantes tale genus mortis mole/
Aeneas. ſte ferunt. Propterea q͞ non pulcherrime cadunt. Ideo Aeneas fortis uir mo
leſte ferebat mortem in mari quum dixit. O ter quaterq; beati / quibus con
Mortem ſibi qui conſciſcunt. tigit oppetere mortem ante patriæ conſpectum. Nam illi qui ſibi ut ali/
quas miſerias & aſpera infortunia / uel inopiam / uel amorem euitent / mor
tem conſciſcunt / fortes nullo pacto ſunt / ſed potius timidi & molles.
Nam uera fortitudo (ut diximus) tolerantia prudens eſt in his / quæ acci/
dunt terribiliora. nam fortem uirum decet non modo formidines reprime
re audaciaſq; cohercere / ſed dolores forti animo ſufferre & libidines / & uo
Prudentes duces. luptates ſuperare. ſic prudentes Duces per omnem militiæ operam admini/
ſtrationeſq; bellorum in mouendis ponendiſq; caſtris / uallo & foſſa mu/
niendis / in explorandis hoſtium itineribus & conſiliis / in dirigenda acie
præ cunctis fortitudinem animi retinere debent / fortis animi non eſt ui
rapere / uiolare / prædari / ſed in cunctis rebus ubi pericula non ſe ſe
offerunt / omnem honeſtatem inſequi / ne quid iniuſtum oīno cuipiam
inſerre /

Digitized by Google

inferre.neq; impium facere.neq; ullam qui fortis eſt contumeliam facit/ ne/
q; uerba obſcœna dicit/nec blaſſemiam ore prodit ſuo.taciturnus ac mode/
ſtus ſi uidet quempiam contumeliis alios afficere/prohibet/arguit/repellit/
ab inferendis iniuriis maxime abſtinet.non permittit ſe uinci beneficiis. pa/
cem undiq; quærit.quum uero bellum ſumitur cuncta fortiter agit.neq; eti/
am in bello cuncta quæ poteſt facere in hoſtes facit.ubi uero pericula emi/
nent/pro amicis/pro patria/ pro commilitonibus tunc omnes effundit ui/
res.ubi de uictoria pro ſalute patriæ & ſui principis/pro fide/pro fidei hono
re ita pugnat/ita ſe exercet/ ut aut uictoriam egregie pugnando/ aut mor/
tem glorioſam indipiſcitur.fortis nunq̄ mēdacio utitur/neq; inſidiis neq; ma
litia aliqua graſſatur/quando nihil rectum/neq; honeſtum ibi relucere po/ Fortitudo
terit/ubi iuſticia depulſa fuerit.Non enim fortitudo incedit ſine uehiculo iu non ſine iu
ſtitiæ.Nam ille qui ſimulat fortitudinem/audax ſæpe efficitur.Non enim ia ſtitia.
ctantia ſequitur fortitudinem/ſed temeritatem potius.ipſa uirtus fortitudi/ Iactantia.
nis per ſe magna/conſtans/intrepida.ſi quos habet ſecum comites/illi ſunt Fortitudinis
tollerantia/uigilantia/imperturbatio/ patientia omnium/quæ dura/aſpera/ comites.
difficilia/grauia/ erumnoſaq; contingere poſſunt.Hæc cuncta a uera fortitu
dine depellunt.profecto obrueretur uita hominum/ni fortitudinis uigor cō
tinuo adeſſet/quæ ægritudines/luctuſq; repellit.exilii/ egeſtatis/carceris/or
bitatis mala tolerabilius ſua patientia facit. qua media generoſum ſpiritum
uiuificat/& ad meliora tempora ſe ſe reſeruare compellit. neq; animus for/
tis communitur magiſq̄ patientia/quæ uerus index ē excelſæ & inuictæ for/ Mutius ſce
titudinis. Hæc Mutii Sceuolæ animum inuictum retinuit/qui peroſus for/ uola.
taſſe dextram quod eius miniſterio in cæde Regis Porſenæ uti nequiuiſſet/ Porſena
iniectam foculo exuri paſſus eſt tanta conſtantia/& patientia/ut ipſum Re
gem oblitum periculi ſui ultionem uertere in admirationem coegerit. Hæc
Pompeium inuictum animo effecit/qui dum legatiōis officio fungeret̃ Gē Pompeius.
tio rege Illyriorum interceptus/quum ſenatus conſilia prodere iuberetur/ Gentius rex.
ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit/ quo patientiæ
fortitudinis exemplo Rex cognoſcendi ſpe abiecta populi Romani amici/
tiam potius/q̄ inimicitiam expetere cogitauit.Apud Indos fortitudinis olim Indi.
uirtutis ſigna per patientiam ſumebantur.quidā p gelidum rigorem Cauca Caucaſus
ſi montis corpora nuda durantes/quidam flammis ſine ullo gemitu obiici/ mons.
entes/ita præſtabant/ut non ſolum contemptu doloris gloriam acquirerēt/
ſed titulum ſapientiæ.ſic fortitudinem animi per patientiam corporis experi
ri contingit/& eo magis ſi a pueritia aſſueſcat ſubire pericula/& labores/ca
ſtra ſequi/in aciem prodire/conſerere cum hoſtibus manum/nunq̄ ocio in/
cumbere/ſed bonis artibus ſtudere/uenationis & iaculationis exercitia in/
terdum capere.& hæc omnia uelut ſtatuto fine ſubeant/ qui euadere for/
tes uolunt pro fide ſcilicet Chriſtiani nominis/pro ſalute & honore patrii
ſoli/ & gloria. At ſi quis aliam & diuerſam ſtatuat metam aut auaritiæ
ſtudio aut quouis alio pro ſcelere/ non fortis ſed ſceleſtus euadet. non
enim is uirtute ornatus qui præter illa(quæ diximus)animo inhiat/ ſed ſce
lerum omni labe polluitur.fortis nullo perterreſit dolore/nullaq; uolupta/

tis concupiſcentia infringitur.ſed ſemper conſtans/patiens/inuictus etiam
ſi ab hoſtibus contingat ſuppeditari.non.n.fortis animo uinci poteſt/ neq; a
quibuſuis uoluptatibus debilitari.habet fortitudo pro ſcuto iuſtitiam /pro
lorica prudentiam/pro thorace temperantiam /pro miſſilibus telis cæteras
uirtutes. Ideo fortis iuſtus ē/cui(ut Iſaias ait)oculi non caligabūt. O quot
decipiuntur/qui dum uim inferunt/dum uiolāt/ſtuprant/incæſtant/ eccle
ſias profanant/blaſſemant/nomenq; dei ita ſub pedibus calcant uelut lutū/
aut cœnoſam aquam.ii non tantum non merentur dici fortes / ſed omnium
deterrimi/meticuloſi/ſtolidi/& (ſi quid peius dici poteſt)nequiſſimi. Re/
cte facis mi Illuſtriſ.princeps/qui omnia hæc procul a te repellis/animum/

Aurea contra mauros &turcas.

q; ita componis tuum/ ut in eo hoſpitium nequeat aliud habere/q̄ uera for/
titudo.oſtendiſti in pluribus rebus quantum poſſis pro honore / quantum
pro libertate patriæ & incolumitate/pro Cæſaris decoramento/pro Chriſtia
na Repu.& eius ſalute contra Mauros & Turcas.fortis enī(ut facis & ſem
per feciſti)non iniquitatem in proximos cogitat/non animam eſurientis/nō
potum ſitientis aufert.ſed/quæ digna ſunt omni præconio/operatur/ & ef/

Fortes uiri.

ficit. Nihil habet maius/q̄ dei honorem/& patriæ ſalutem . cui ſi contingit
fortiter uitam finire pro Chriſti fide/nullum glorioſius trophæum/& maius
indipiſci ſibi exiſtimabit.ſic profecto eſt. Fortes uiri nec turpiter metuunt/
nec turpiter audent/qui magis in afflictis rebus aduerſiſq; dignoſcuntur.&
in ſecundis rebus fortes quoq; contra uoluptatum illecebras non minus/q̄
contra dolores ſe communiunt.& ita cæteris præeminent fortes/& in cun/
ctis rebus ita mites/ita manſueti/ita modeſti apparent atq; imperturbati/ ut
ex eorum more nihil emanet q̄ amicabile/q̄ probū. Nunq̄ temere quicq̄ au/

Fortitudinis officia.

dent.nunq̄ inconſulte timent.in aduerſis non franguntur .in proſperis non
ſubleuantur . Hæc ſunt medius fidius fortitudinis officia ut omnium alia/
rum uirtutum ſumat patrocinium / iuſtitiam cuſtodiat . temperantiam de/
fendat.prudentiam exaltet.magnificētiam illuſtret.liberalitatem laudet.ami
citiam uniat.pacem ſtatuat/& contra omnia uitia decertet.inuicta ad labo/
res/impauida ad pericula/rigidiſſima contra uoluptates/expultrix auaritiæ
triſtia ſerenat/debilia fortificat.labentia ſolidat .uoluptates nullas fortitudo
amittit/niſi eas/quæ proueniunt ex ueris uirtutibus/ex pulcherrimis geſtis
pro patria/pro fide/pro Cæſare.non enim per iſtas lubricas ſuauitates & il/
licitam fortitudinem fortis mentem trahit.ſed per ea/quæ neq; in publico lo
co/neq; in obſcuro/& abdito ullo pacto uituperari poſſunt.ſic eſt qui me/
tu non frangitur/nec cupiditate diſſolui poteſt.non eſt credibile qui ſe ſe in
uictum a bellicis laboribus præſtat/poſſe a uoluptate ſuperari . ſed potius

Voluptas animi maior q̄ corporis.

ipſæ uoluptates uelut meretriculæ poſt habentur maioris uoluptatis cauſa.
Nam maior eſt uoluptas animi q̄ corporis/quæ cum belluis communis eſt.
Imo nullam putauere philoſophi capitaliorem peſtem eſſe hominibus /q̄
uoluptatem.quæ facile impedit conſilium.peruertit rationem.perſtringit mē
tis oculos/nec habet ullum cum uirtute commercium.uera omnium malo/
rum eſca qua ita homines capiuntur/ut piſces hamo.conuenientior eſt hu
mano generi labor/propterea q; per labores uirtutem acquirimus/per uolu

ptates

Digitized by Google

ptates perniciem/iacturam/interitum.Naſcitur.n.homo ad labores.nec ſine
cauſa id ab initio eſt a natura datum.eſt.n.labor ut arbor quæ floreſcit ad fru
ctus.ſapienter inſtituit Lycurgus leges/ut iuuenes laboribus exerceantur/
& per uenationem/per curſum/per natationem/eſuritionem/ſitim/algo/
rem/æſtum animos erudiāt ad operoſiora.ueri enim honores/uera præmia
non ſine labore acquiruntur.male mehercle cum illis agitur/qui ſemper om
nes labores refugiunt.Quod genus hominum uelut ignauū a præſepibus
arcendum eſt.Ideo precauendi ſunt ruſtici in agro proximi/qui oſcitabun/
di labores refugiunt.Non tamen omnes ineundi ſunt labores/propterea q
ſunt quidam labores qui ad turpia uergunt.Non.n.ii ſunt digni libero ani/
mo.ſunt tamen quidam labores aſperiores/ſed tamen pretioſam mercem pa
riunt.hi poſtremo non inſuaues haberi poſſunt.poſtremum illud dictum a
ſapientiſſimo uate.labor omnia uincit improbus/& duris urgens in rebus
egeſtas.Nihil eſt tam arduum/tam prima fronte horrendum/qd fortitudo
cū ſuo labore/nō reddat planum & amabile.quid enim tot oppida/urbes/
arces/palatia/ædes deorum/cæteraq; ædificia ſtruxit/erexit/adornauit/
quid ſuſtinet munitq;/q̄ laborioſa fortitudo? quid cōplanauit colles/ualles
diſpoſuit? quid uineta/quid ſaliceta/quid pabula/quid uirentia prata con/
cinnat & colit? quid poſtremum/quæq; naturæ agreſtia & dura mitificat &
benigniora facit quam labor fortitudinis? Omnia profecto ſylueſcerent/&
facies uniuerſi ſitu & ſquallore periret/niſi eſſet prouidus fortitudinis la/
bor.profecto labor omnia uincit/omnia excitat/omnia excolit.in labore cun
cta uegetant/cuncta uiuunt/cuncta ocia fugiunt/& fortitudinis labori ad
hærent.Quid parens noſtra tellus nobilius expromit/q̄ laborem? quid
tot in ea uſq; ad uiſcera proſciſſus & cauationes/arationes & occationes/q̄
fortitudinis labor? quid tantus aquarum fluxus/& fontanæ motio/& uor/
ticoſi fluminum flexus/& pelagi irrequieta facies/q̄ fortitudinis labor? &
tanti in aere turbines & uentorum flatus/horrenda tonitrua/& nubium
conflictus/imbrium lapſus/& roris cadentis liquor/q̄ mirificus la/
bor? & in ſuprema plaga tanti ignium curſus/& globi ſanguinei/& cri/
niti fulgores/& ardentes iactus/q̄ euidens fortiſſimus labor? & tantus
cælorum rotatus q̄ æternus labor? Ecce Illuſtriſſime Princeps quantis cum
laboribus cunctæ res ſe ſe præſeruant.Quantum natura ipſa nos admonet
exercendos labores/quantum mortales euehit ad immortalitatis nomen for
titudo ſociante labore? quod ſi non fuiſſet tuæ inuictæ dexteræ fortitudo/&
tantus exanclatus labor quem in mari in conſpectu omnium pro Chriſtia/
næ Reipu.ſalute/pro Cæſaris imperio augēdo expendiſti/quomodo in ore
hominum nunc eſſes magnificatus? quo pacto tuæ familiæ proceres nunq̄
ſatis ab inclyta Genua reperiti? qui tantum imperium patriæ & nominis glo
riam per totum terrarum orbem ſibi comparuere/niſi continuo illis affuiſſet
laborioſa fortitudo? profecto non eſt tuta merces ſine labore parta.uetus fa/
cit ſecura labor.non uenit in nomenclaturam illuſtrium uirorum/qui nul/
li unq̄ labori fuerit obnoxius.Vehiculum ſane eſt omnium uirtutum labor/
& eius duæ uolubiles rotæ ferreis circulis confixæ ſunt/patientia.ſ.& perſe/

Homo ad labores.

Lycurgus. Iuuenes exerceri debere.

Labor omnia uincit.

Andreas aurea.

Genua inclyta.

Patientia & perſeuerātia Labor vehiculū virtutū.

Digitized by Google

uerantia.illa uirtus in contumeliis annexa fortitudini indefeſſa contra for/
tunæ impetum cuncta æquo animo ferens/arduarum & difficilium rerum
expugnatrix eſt uictrixq̃.tanta huius cum fortitudine lucet uis cõtinuo bo
neſtatis & utilitatis cauſa/ut opus perfectum operetur/& patiens poſtremo
coronam accipit.per hanc tantopere ambulauere noſtri certatores pro fide/
& magni prophetæ/& magni cum uexillo Chriſti imperatores/qui ꝓ æter
no bono/atq; etiam pro immortali uita quicquid euenere aduerſum/quaſi
nihil ſentientes paſſi ſunt.quorum ueſtigia nos cupimus tentare.propterea

Per bonus patiens.

paucis his annis non paruas perſecutiones ab inuidis ſuſtinemus rati quo/
q; eos qui iniuſte nos inſectantur/prius mente occulta perſecutione crucia/
ri.Nam ſi lucrum aliquod ex noſtris detrimentis apponunt lucro/amittunt
ſalutem/& famam uariis rumoribus maculant.cum hac ſanctiſſima fortitu/
dinis patientia decreuimus ſuſtinere quicquid aduerſa ſors/& malignanti/
um hominum nequitia intulerit.non perturbatione aliqua alioquin commo
ti/non diuitiis iactantes/ſed paupertate noſtra læti cum uxore Chariſſima

Per bonus offenſam remittit.

cum filiis dilectiſſimis traducemus in O uiliis noſtris innocentem uitã præ
cipue cum aliis hanc uirtutem colentes/quæ magna a ſapientibus perhibe/
tur/quum quis læſus non uindictam quærit ſed offenſam ſereno animo re/
mittit.magna profecto eſt illi gloria parta/qui quum poſſit nocere/non ſolũ
ignoſcit/ſed bona tribuit.Ideo qui patientiæ ſtudio caret/neq; fortitudinis/
neq; prudentiæ limina norit.ii profecto ſunt/qui ad omnem fortunæ impe/

Perſeuerãtia.

tum frigeſcunt.Non ſolum pati poſſunt quicq̃ aduerſi/ſed auribus tam de/
licatis/& mollibus audire non poſſunt.Cũ qua pari greſſu ambulat perſe/
uerantia.Q uid.n.fortitudine & patientia uti incipientibus proderit/ſi per/

Pertinax.

ſeuerare non proponitur?Propterea non qui inceperit/ſed qui perſeuraue
rit uſq; in finem/coronabitur.Neq; huius paruum negocium eſt contende/
re/ſcilicet cum pertinacia & lenitate propterea quod pertinax non eſt perſe/
uerans.Ille.n.in malo durat pectus mentemq;.hæc in uirtutibus amplectẽn

Deus ſummum boni. Poſt aratrũ reſpi.e.re.

dis conſtantior habetur/quorum cauſa ſummum bonum proponimus De
um glorioſum.Non perſeuerat qui(ut in ſacris prouerbium eſt)poſt aratrũ
reſpicit.Longe abeſt ab hac ſocia uirtute fortitudinis/qui in ipſo uelut pri/
mo ingreſſu boni operis ad conſueta mala reuertitur.ſancta utiq; habet per
ſeuerantia/nutrix ad meritum/mediatrix ad præmium/ſoror conſtantiæ/be

Perſeuerãtiæ pediſſequæ

niuolentiæ ſuſtentatrix/religionis honoratrix.Habet hæc continuas famu/
las/& infrangibiles pediſſequas/fiduciam/confidentiam/ſolertiam/uigilã
tiam/quæ pullulant uireſcuntq;/de futuro in ſpei liquore.Ille propterea plu
rimum confidit/qui de uirtute plurimum poſſidet habitum.nec quicq; fidu
ciæ huic obſiſtere poſſe uidetur.per medios uadit hoſtes/per abrupta mon
tium pergit/rarõ fallitur fiducia rebus.quæ dum unita fortitudini nititur/fit
confidentia tutior.exinde in opus nomen ſolertiæ ſumit.quum uero inde/
feſſa pro fine laudabili continuo aſtat/iam uigilantia prope uictoriam uti/
tur.Hæ ſunt omnes fortitudinis ancillantes uiæ/quæ modo in promptitu/
dine medii laborat.Nam magnum eſt ſubitis caſibus ingeniũ/in qua re pru
dentiam ſociam ſibi aſciſcit.tanto mutuo cõnexu uirtutes cũtæq; alteris ad/
hærent.

hæreant.ut bene dixerit ille.qui unam perfectam habet/cæteras facile poſſi/
dere poteſt.Q uamobrem princeps Excellentiſſime ne dum in re nauali ſed
in omni uirtutum genere quum uideam te habere uirtutem fortitudinis/iu
dico alias reliquas commode in omnibus tuo ſublimi ingenio famulari. Vn
de nos omnes qui Cæſareæ uirtuti confidimus / te in rebus cunctis contra
hoſtes infideles uictoriam ſemper habiturum ſperamus.ſic tui animi fortitu
do nobis indicat.ſic tua perſeuerantia/ patientia/ ſolertia/prudentia/fiducia/
peritia/& ſapientia demonſtrant. Nihil enim in te ſpectamus ſomnolentū /
pigrum/ ignauum.omnia poſſides & habes/quæ ad uerum/fortem/& ma
gnanimum Ducem conueniunt.uidimus nuperrime quanta effeceris dili /
gentia/ut uictoria pro Cæſare ſteterit in defendendo/in confligendo/in con
ferendo manus cū hoſtibus.quantus fueris inuictus/& mari & terra uictor.
ſed ea præcipua uictoria contra Turcas tibi parua eſt/quum te ipſum uin /
cis/quum te intra terminum fortitudinis cōpeſcis.poſſes multa facere/quæ
lubrica ſenſuum appetentia ſuadet/& non facis/quando uirtutum conſilio
progrederis.poſſes a tuis ſubditis multa extorquere & non extorques/ quia
uirtutis perſuaſione/& meta incedis.tuos præcipue inimicos excidio facile
dare poſſes. & tamen toleras imo conſeruas/ut fructus magnanimi/& mo/
rem retineas.poſſes in omne libidinis deliquium illabi & tamen temperan /
tiæ modum mauis amplecti.multos prohibes/qui in proximos uires per ſæ
uitiem exercent.& cum ita prudentiſſime remoueas/fortitudinis præceptis
utetis.ſic faciebant illi fortes & magnanimi heroes.ſic Hercules/qui per or/ Hercules.
bem iniuſta prohibuit/æquitatem introduxit.Neq; illa fortitudo quæ in por
tandis oneribus a me nunc exquiritur/ſed illa quæ animos hominum im/
perturbatos/inuictoſq; reddit.qualem te uidemus magnanime pīceps/ qui
& ſi ſenecta detinearis/ animi tamen promptitudine/ ſolertia/magnanimita/
te/& fortitudine mirum immodum excellis.ſic erat in cunctis rebus Africa Africanus
nus Scipio/qui tam & ſi corporis uiribus imbecillis / animi tamen ſolertia ſcipio.
cunctos milites ſuperabat. Vnde propter eius in cunctis geſtis fortitudinē/
animi patientiam/perſeuerantiam/fiduciam/ Reſpu. Romana ſtetit incolu/
mis.ſic ob animi tui magnitudinem/& fortitudinem/ac peritiam maritimæ
diſciplinæ ſumus nos omnes incolumes.tu profecto certiſſima ſalus es non
ſolum patriæ tuæ & Lyguriæ/ſed totius Italiæ & uniuerſæ Chriſtianæ Reſ
pu.parata erant omnia labi/& rurſus noua incendia in Italicis urbibus emer
ſura/niſi tua conſtantiſſima mens/& fortis dextera ſtetiſſet inconcuſſa / &
conſilio & uiribus obſtitiſſes tuis.unde tantum quietis & pacis beneficium
quo nunc fruimur/tua opera diffuſum eſt.q; nūc pacate domi uiuamus /q;
res noſtras ſine militum iniuriis poſſideamus/q; ſecure per omnem Italiam
peregrinemur negociemurq;/tibi referimus acceptū.quid illud? nō ne uera
tua eſt fortitudo/ aut potius heroica uirtus/qui quum multos in patria ha/
bueris inimicos & hoſtes/poſtremo uictor immemor iniuriarū omnes gra/
tia condonaſti tua? Hæc eſt uera fortitudinis gloria.hic eſt uere partus triū/ Vincere ſe
phus ſeipſum uincere.poſtq̄ uicit hoſtes/turpe eſt illecebras ſenſuum ratio/ ipſum
ni non obligare.proinde uir fortis/qui omnes fortitudinis conditiones ab/

ſolute poſſidet/uinci non poteſt/& ſi in medio armorum conflictu/& omni periculorum genere fatum abeat/mortiſq; extrema patiatur. is propterea non uictus/ſed uictor appellari debet/quando uirtuti ſatiſfactum eſt. uicto-
Romani. res fuere illi Proceres Romani Senatus quamuis fœde a Gallis ſedentes interfecti ſunt. illi enim ut ornamenta & uitæ præteritæ/& fortitudinis ſplé dorem iam ſenio confecti retinerent/ad fortius retinendos caſus illos inter ſe cohortati ſunt/ut potius in ſua fortitudine moriétes uictores remanerét/ q̃ cum ignominia uiuentes euaderent. Iccirco neq; fortis nimio dolore affici poteſt/niſi in inferioribus partibus/ubi ſenſationis natura imbecillis euelli non poteſt. Propterea & læti patiebantur mortem pro patria Romani uete-
Brutus & Decii. res. ſic Brutus. ſic Decii. ſic alii fortitudinis ſtudioſi periere uictores. ſed quid hos ego commemoro? ipſum habemus genus uictorum optimum/quum
Martyres triumphatores ſanctos Martyres ante oculos inuictos ſpectemus/quorum animos nulla unq̃ tormenta/non eculei/non carnificationes/non ignes/ non lampades accenſæ/non laniatus leonum/non lapidationes/non cru- ces/non ſagittatio/non ſectio/non rotatus uincere potuerunt. Ideo militan- tes in eccleſia ſancta noſtri præcones cantant. ſanctorum meritis inclyta gau dia pangamus ſocii/geſtaq; fortia. Nam gliſcit animus promere cantibus ui- ctorum genus optimum. non poterat a Tyrannorum iniquitate fortitudo illa uinci/propterea q; uera fortitudo uinci non poteſt neq; a tormentis/ne- q; a morte. Iccirco fortiſſime/Princeps in te gaudere poteſt q; a teneris an- nis in hanc uſq; prouectam ætatem ad iſtam inuictam uirtutem omni dilige tia & induſtria animum applicuiſti tuum. & ita eo prouectus es/ut nulla te pericula perterreant/nullum tam graue facinus morti proximum pro Chri- ſtiana Republica/pro patria/pro Cæſare/pro uirtute ipſa/pro decore ueræ nobilitatis/pro ſide Chriſti excelſa/pro Pontifice/pro Eccleſia militanti/ p iuſtitia poſſit te repellere a cultu & ſtudio huius inuictæ uirtutis/& glorio- ſæ fortitudinis. pro qua nos hic in Ouiliis noſtris hæc monuméta ad tui no minis & memoriæ gloriam excuſſimus parati alioquin ego/& liberi mei pro te/pro fortunatiſſimo Cæſare/pro patriæ tuæ ornamentis/uitam ipſam ne dũ opes exponere. lege igitur hæc pauca princeps ſapientiſſime/& ita legen do rogo Hieronymi Perboni & filiorum memor fias. uale ad uotum/& quod tuus animus optat/& meliora/habeas. Ex ouiliis noſtris,

F I N I S.

Digitized by Google

Vir fortiſſimꝰ inter arma cadens mori uictus non poteſt.
Malis plus humana uota ſuccedũt q̃ bõis.
In ſpecie a deo nihil eſt petendum.
Magna eſt laus principi / ſi eius culpa nemo pullam ueſtit ueſtem.
Fortunam nemo poſſidet niſi uolentem.
Stultũ eſt meminiſſe pp q̃ tui obliuiſcaris.
Non confidas cui iniuriam feceris.
Nil tam altum quo uirtus non poſſit eniti.
Obſequio mitigantur imperia.
Igne nihil eſt utilius.
Res ſecundæ naturam commutare ſolent
Rarus quis erga ſua bona cautus eſt.
Sententiæ non ſunt deprauandæ.
Animo de futuris nihil eſt ſollicitius:
Suſcitare mortuos ad homies non ſpectat.
Permittere nos debemus dei arbitrio.
Bonum eſt quod nemini nocet.
A bonis diſcendum ẽ / qui ante nos fuerũt.
Terra omnia bona gignit.
Quid non efficit decennium?
Rectius aduerſa corrigunt / q̃ proſpera.
Spe meliorum fordent prima.
Medici benefaciunt qui contraria ſectant.
Verus fatuus elleboro non indiget.
Inteſtina quum eſurimus crepant.
Perdormiſcit malus qui reſoluit argentum cui debet.
Maledicta maledictis ſæpe reiiciuntur.
Mentes hominum ſunt omnino deteriores q̃ antiquitas.
Seruilis eſt prauitas / liberalis autem uirtus
Operoſus labor uoluptatem efficit.
Nunc nõ labori / ſed uoluptatibus ſtudet.
Fletus uiro non eſt conueniens.
Cauenda ſunt pericula imminentia.
Virtus nunc exulat / & uitia uigent.
Imperitus nauta ſiti non peribit.
Patimur facilius uerba / q̃ uerbera.
Deteriora ſunt uitia naturæ / q̃ ætatis.
Nulla arte uitia diu poſſunt occultari.
Sapiens pater dum uiuit ſeparat filios.
Nemo per ſe eſt innocens.
Deus eſt zelator fidei.
Eleemoſyna debet eſſe uoluntaria.
Turpiſſimum eſt in flagitio deprehendi.
Vitia liquefaciunt corpus.
Anima niſi ex ꝓpria culpa non patitur.
Nihil præualet aduerſus mortem.
Bonum exoptare tantum debemus.
Inter ſtultos non tute uerſamur.
Multæ ſunt ſpecies morborum.
Ars ab arte / & morbus a morbo differt.
Non omnia acceptanda / nec optanda ſũt.
Quæ optauimus ſæpe damnamus.
Difficile eſt benedictis contradicere.
Qui plura curat / plura habet negocia.
Qui plus habet / plus triſtatur.
Magis moleſtũ ẽ amittere / q̃ iucũdũ habere
Qui amittit quieſcere non poteſt.
Iuſtus eſt fœlix / iniuſtus eſt miſer.
Melius eſt mori / q̃ uiuere ſine uirtute.
Vbi nũc cadũt folia / cadẽt & ipſæ arbores
Ipſa ſibi carnifex eſt conſcientia.
Miſera eſt hominis conditio.
Glorioſius eſt laudari / q̃ laudare.
In aduerſis non eſt multum conquerendũ
Quæ eueniunt ignoramus an ſint bona uel mala.
Qui grato pricipi largitur diues efficitur.
In ꝓſpis elato animo abſolute nõ ẽ lætãdũ.
In magnis urbibus multi ſingulis egent.
Vna ſatis eſt cuiq; ars.
Quæ a mẽſa regia pueniũt delectãt multũ
Eſculenta principum ſunt meliora.
Eſt omniũ natura hominum aliena ut melius uideant / & iudicent / q̃ ſua.
In re noſtra aut gaudio ſumus præpediti nimio / aut ægritudine.
Deteriores omnes ſumus nimia licentia.
Qui in ſũma licentia ſe abſtinet diuinus ẽ
Amicis hodie non ſunt exponenda omnia ſua occulta.

Non uere peccat/qui inſciens errat.
Non licet hominem ſæpe eſſe ita ut uult ſi
res non ſinit.
Nihil eſt tam difficile quin quærendo inue
ſtigari non poſſit.
Ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.
Nulla eſt tam facilis res quin difficilis ſit
ſi eam inuitus facias.
Vultus hominum ſingit ſcelus.
Flagitium eſt te aliis conſilium dare. & fo/
ris ſapere. & tibi non poſſe auxiliarier.
Dum īcipias grauia omnia ſunt dũq; igno
res/ubi cognoueris facillima.
In omni actione cum paucis loquendũ eſt
Res magnæ potius ingenio q̄ uiribus con
ficiuntur.
Omniũ maximũ malorũ eſt iniuriã facere.
Princeps ſapiens arbitrio fortunæ non ſe
committit.
Apes pro ſuo rege pugnant.
Res apum aculeo caret.
Statuta legũ/ & ſtudia pulchra ſunt/quia
conferunt.
Rationi tamq̄ medico nos ſubmittere de/
bemus.
Neceſſe eſt ut ſit aliqd patiẽs ab ipſo agẽte
Qui luit pœnas a prauitate anima liberatꝰ
& ſic a maximo malo.
Ars q̄ſtuaria pellit paupertatẽ/medicina pel
lit morbos/iudiciaria iniuſticiã amouet.
Neminem unq̄ lædere decet.
In omni ætate diſcendum/ potius q̄ docen
dum eſt.
Poteſt Princeps ꝑ ignorãtiã mãdare/ quæ
ſibimet ſint detrimento futura.
Medicinæ finis eſt morbi curatio.
Nõ decet quemq̄ petere principatum/ nec
magiſtratus ambire.
Vultus hominum ſingit ſcelus.
Beneficiatus ex animo ſeruit.
Viuentes non recte iudicantur.
Anima potentium ut plurimum eſt praua.
Curandum eſt/ ut optime uiuamus.
Eligentis culpa eſt omnis/deus autem om
nino extra culpam eſt.
Tyranni cura eſt perpetua.
Qui multa ſcelera perpetrant/ ipſos de/
teriora perpeti neceſſe eſt.
Via melior eſt eligenda.
Qui perpetrat mala/ patietur mala.
Bonus agricultor teneriores primum plan
tas curat/& deinceps aliis prouidet.
Irrideri ab inſanis nullius momenti eſt.
Homo antiqua uirtute/& fide rarus eſt.
Gaudendum eſt/ ſi boni generis reliquiæ
reſtant.
Anima potius deferenda eſt/q̄ bonus
princeps.
Fortunatos æquo animo æqua noſcere
oportet.
Nimia licentia parit ut plurimum aliquod
magnum malum.
Cliens amicus nemo eſt domino.
Cauendum eſt ne lupus ſit in fabula.
Qui ſe ſcire præſumit/ ſolus is neſcit oīa.
Plurimos habere dominos miſeria eſt.
Pudor eſt uerberare hominem ſenẽ.
Omnis artifex ad ſuum opus aſpicit.
Voluptas eſt qua præſente gaudemus.
Bonum eſt quo præſente boni ſumus.
Per iuſticiam tantum locupletari debemus
A turpi quæſtu abſtinendum eſt.
Magis honorandi ſunt qui obediũt/q̄ qui
maximas etiam perlaborioſiſſimaſq; uir
tutes præſtare uidentur.
Recte uiuens princeps/exemplum bonũ
eſt aliis.
Ars quælibet quædam eſt ſapientia.
Ab iis audire oportet/qui uiam aliquã per
fecerint. quæ & nobis fortaſſe pagẽda erit
Præter diuitias nihil curat auarus.
Fatuus eſt qui contriuit inquirendo uitam
Bene eſt a ſeruis amari. & magnipendi.
Seruus ſpectatus eſt/cui dominꝰ curæ eſt.
Amarum eſt ſuo gladio iugulari.
Bendictis certãdũ eſt/ſi bñ audire uolumꝰ
Iram Dei prouocat/qui peccandi de ſe fi/
nem non facit.

Digitized by Google

Virtus nobilis reſtituit locum.

Qui minus habent/ſemper aliquid addũt diuitioribus.

Ad hoc res rediit/ut ſi qs quid reddit/magna habenda eſt gratia.

Aduerte cuius fidẽ in pecunia proſpexeris

Sæpe dum nimium quis ingrato principi fidelis eſt rem ſuam perdit.

Ad hoc tendit ars/ut quid utile ſit cuiq;/inueſtiget atq; præbeat.

Indiget una quæq; res alia arte.

Proſunt artes/& dominantur illi cui ſunt.

Miſeri ſunt ſuſpicioſi.

Mors nihil aliud eſt/q̃ animæ atq; corporis inuicem diſſolutio.

Cuncta apparent in anima/quum corpus exuerit.

Vbi maximus eſt timor pectori conſiſtere nihil conſilii poteſt.

Quæ mutare nequimus/æquo animo ferenda ſunt.

Oẽs ſenes attẽtiores ſunt ad rẽ q̃ puer eſt.

Sæpe euenit/ut quæ credas ſcire/neſcias.

Multa ambitio de uirtute inicienda eſt.

Mores boni ſunt ubi non eſt inopia/neq; diuitiæ.

Omnes cupiunt animo ſuo ſatiſſacere.

Re poti⁹ amicũ/q̃ uerbis laudare cõuenit.

Bonus Rex eſt ut bonus pater.

Bonus princeps conſulit utilitati ſubditorũ

Obedire maximum apparet eſſe bonum/& ad bona adipiſcẽda & acqſita ſeruãda.

Bonus princeps/bonas leges conſtituit.

Nihil eſt quum res refrixerit.

Probus ſi gaudet accipere beneficium/lætatur & reddere.

Hilares honeſti ſumendi ſunt dies.

Prima dos mulieris eſt uirginitas.

Multum iuuat ſi tibi conſcius es a te culpã eſſe procul.

Omnis poſſeſſio quam uirtus non facit noxia eſt.

Laus maiorum nihil ad probos.

Princeps qui ornat amicos ſe ipſum ornat.

Non eſt optandum ut omnia ſuccedant.

Difficilius eſt cuncta benedici/q̃ cuncta laudari.

Nihil eſt quod ſe magis decipiat q̃ pulchritudo.

Qui plus æquo habet/plus æquo triſtatur.

Plus moleſtiæ ineſt amittenti/q̃ iucunditatis habenti.

Multum pungit conſcietia maleactæ uitæ

Laborantibus facile natura ſuccurrit.

Optima eſt illa ciuitas quæ nulla eget iuſtitia.

Qui calceorũ habet curam/pedum non obliuiſcitur.

Mulier quæ plus audet/plus uult q̃ licet.

Sine periculo raro ſit quid memorabile.

Magna pœna eſt benemerito a principe nõ audiri.

Non eſt tam natura auctum quod arte nõ indigeat.

Pluribus mancus partum naturæ debet.

Sæpe aliquid apportat quum rumor conualeſcit.

Plus æquo curioſa mulier quærit quod nõ habet.

Ratione/& medio/aut alterutro ſemper indiget homo.

Neminem ledere & unicuiq; prodeſſe eſt hominis probatiſſimi.

Quotidianæ uitæ conſuetudo oſtendit ingenium.

Conſuetudo bona bonum parit habitum.

Terra eſt parens omnium.

Petulantia mulieris non leue patiẽtiæ pondus affert.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Liber Uigeſimus ſextus
Et Ultimus ad Illuſtriſ
ſimum Antonium
Liuinum: Ac Ad
Filios: Et Om
nez Poſterita
tem Parae
netica.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo & Inuicto Italici exercitus Imperatori Digniſſimo ac Sapientiſſi. Antonio Liuino Hieronymus Perbonus Marchio Foelici tatem.

TVa ingens uirtus/& rerum geſtarum gloria nos aliqd ad ſcribendum inuitat Illuſtriſſime Antoni Liuine.& Cæſaris exercitus imperator inuicte/paciſq; Italiæ cuſtos.neq;.n.quiſq; ſanæ mentis tacere poteſt/quum illa audit de te/ quæ ueterum militiæ procerum triumphos æquant & ſuperant.&(quod omnibus admirationem parit)ſedens aurea lectica tanq̃ alter Sertorius hoſtes uincis/imperium Cæſari auges/cuncta mirabili conſilio/& arbitrio in Italia componis.non eſt unum per Auſonias urbes de te.tuaq; incredibili uirtute præconium/neq; una tibi pendet ex lauru corona/unamq; tantum per fora mereris ſtatuam.gerit tua cæleſtis prudentia fortunam ante pedes cathena uinctam.quodcunq; tuo eſt æditum decreto nunq̃ mentis fallit auſpicium.q̃ bene tua ab adoleſcentia ueram & ſacram militiam refers non ab alio hauſtam Marte/q̃ a magno Conſaluo/qui Neapolitanum regnum uictis profligatiſq; Gallis ademptum Hiſpanicis rebus mirabili fœlicitate adiunxit.uueniſti enim eo huc tempore in Italiam non ſine diuini numinis impulſu. ut uoluentibus annis rem labentem tuo ſapientiſſimo conſilio ſiſteres/pacemq; inuitis aſtris retineres.ſed ita in Italiam ueniſti/non ut alienam uiſeres patriam/ſed tuam. illic enim oriundus Romani ſanguinis auctum nomen in Hiſpania habes uirtutibuſq; ita illuſtrius auges/ut non minori ſuſtineas nobilitate apud hiſpanos/q̃ olim apud Romanos Druſus Liuinus & Salinator/qui liberata a Pœnis Italia magnum meruit in Repu.triumphum.magno quoq; reuoluto ſæculo hæc eadem/& ſimilia/& maiora in te relucent.Iccirco prudentiſſime cõſuluit Cæſar ut ſe in Hiſpaniam abeunte hic cum tuo inuicto exercitu permaneres.fœlix erit Italia/quæ ſub tuis uexillis deget tutior.nullum externum pertinebit motum. nemo poterit te militiam tenente/& arma exercente aduerſas ſubire iniurias. reuireſcent iuſtitiæ faſces/& tuo ſapientiſſimo conſilio omnia clariorem induent faciem.nos hac fœlicitate a Diis immortalibus impetrata priuatim rebus noſtris meliora ſperamus.ſi quid noſtra carina fluctuat/aduerſiſq; reflatibus laborat tuo feliciſſimo ductu ſecurum ſubibit uadum. proinde inuicte

Antonius liuinus.

Sertorii lectica.

Conſaluus magnus.

Antonius liuinus romanus.

Druſus liuinus & ſalinator.

Imperator te hiſce monumentis / te noſtris Ouiliis / uelut clauigerum appo nimus Herculem. hunc ergo extremum libellum quem ad poſteros dedica uimus noſtros / ſub tuum præſidium edimus. hiſce quoq; auſpiciis / impreſ ſoriæ officinæ damus / quibus tu ſoles magna & ardua conficere. q; ſi tuam porriges dextram / erunt liuidorum inlæſi / tetrorumq; morſuum abibunt immunes / ſiſtentq; mox tuti camœnarum templo. ubi tuæ excellentiæ me moriam ſuper aram Deorum perpetuo celebrabunt ad aſtraq; tollent tuum immortale nomen / cum tuo filio chariſſimo / quem fœliciſſimum optamus & paternis triumphis fruentem. Vale decus ſæculi noſtri / Et Hierony mum Perbonum ita ama / ut defendas. Ex Ouiliis.

Digitized by Google

Ad Theocharem Primogenituꝫ: Antonium: Maximilianum: Franciſcum Sforciam: ⁊ Ludouicuꝫ Perbonos Filios Amantiſſimos: ⁊ Ad Omnem poſteritateꝫ Hieronymi Perboni Paraenetica.

DILECTISSIMI filii & cariſſimi & iucundiſſimi mea hic
immortali ualle unica ſpes/ Deſiderium & ſolamen/ cupio
uos bene & fœliciter agere. uos omni ſapiētia eruditos/ uos
bonos/ uos cordatos/ uos corpore & animo ſemper inco/
lumes/ & ad omnem fœlicitatem euenire. poſtq̄ uagati ſu/
mus per omnes Europæ partes/ poſtq̄ ad principes omnes
& reges/ quos chriſtiana reſpublica colit & ueneratur/ al
loquuti ſumus/ & munuſcula hæc noſtra & monumenta
O uiliatum noſtrarum explicuimus/ dignum erat & conueniens ut poſtre
mus hic noſter labor aliquid uobis filii dilectiſſimi apportaret/ uelut bonus
pater/ qui longinquis regionibus reuertens ad familiares lares poſt optatas
deoſculationes & undiq; cum amicis hinc inde amplexus & ſalutationes/
porrigit dilectiſſimis filiis aliqua munuſcula non in patria uiſa neq; oculis co
gnita ſuis/ ut non tantum illi paterno reditu & incolumitate gaudere poſ/
ſint/ ſed ſe auctos aliquo dono cæteris ſociis cognoſcant. Iccirco filii Cariſſi
mi affeto uobis Parænetacam hanc commonitoriam ſcilicet ut per hanc in
paterno affectu/ uelut in ſpeculo omni tempore quid ueſtra interſit/ præocu
lis habere conueniat. Et quando hic domicilia non nobis contingit habere
perpetua/ illic intendendus eſt animus/ ubi noſtræ opes non ſentiunt interi/
tum. Proinde curandum eſt/ ut ea media capiamus/ quibus facile nobis pa/
retur iter in patriā æternam. Accipite igitur dilectiſſimi filii quod ueſter nūc
elaborat genitor. neq; hunc tantum libellum/ quem uobis & poſteritati no
ſtræ dedicamus/ legendum offero/ ſed xxv. alios libros/ quos ad uarios re/
ges & principes deſtinauimus/ præ manibus ſæpe habendos præcipio. Sunt
enim in illis eximia & præclara multa e mediis philoſophiæ fontibus excer/
pta/ ad nobilem cuiuſcunq; uitæ ſtatum perdiſcenda. Nam etſi uobis ſatis
commodas opes reliquo diis adiuuantibus/ & uirtutis ſudore partas/ quib⁹
poteſtis ueſtræ nobilitatem uitæ & penates & familiæ noſtræ honores hone
ſtiſſime inter alios ſuſtinere/ Tamen non minoris uobis hæc æſtimare de/
betis/ quæ ad cultum ſapientiæ pertinent/ q̄ quæ ad uſum quotidianæ uitæ
ſpectant. ſemper per omne tempus mihi præclarius uiſum eſt uirtutum ſe/
ctari ueſtigia/ q̄ ſtruendis diuitiis incumbere. Quando illas continuo labi/
les & caducas cernimus/ has uero immortalem ſedem adepturas non ambi

Pater bonus filiis.

Parænetica.

Domicilia nō hic perpetua

Ordinatum libri xxvi.

Diuitiæ labiles.

Virtutes immortales.

gimus. Iccirco multo mihi rectius uideor facturum / ſi de illis admonitio/
nibus aliquid uobiſcum diſſeram / quibus quæ humana quæ diuina diſcer
ni poſſunt / & quæ expetere debemus / q̄ de ratione agrorum q̄ de prouentu
ſummam præſcribere computareq;. quamq̄ & hoc neq; filii Chariſſimi
Opes acquirendæ.
poſt habendum puto. imo non parua cura acquirendæ ſunt opes & con/
ſeruandæ ad uſus uitæ neceſſarios / non ad luxum / non ad patranda ſcele/
ra / non ad libidines & perditos ludos / ſed ad honeſtiora uitæ commoda /
Anima excellentior corpore.
quibus reipublicae nobilitatis & uirtutum honores cōſeruentur. Et quanto
nobilior & excellentior eſt anima q̄ corpus / tanto præſtantiores uirtutes emi
nent q̄ opes. hæ enim corporis uſui inſtitutae ſunt. Illæ uero animæ ancillan
tes modum oſtendunt ad bene beateq; uiuendum / & cognoſcendum diui
næ maieſtatis eſſentiam / non paruam afferunt opem. Proinde filii Cariſſi
mi mens uobis omni tempore præparata eſſe debet eo candore & probitate
cuſtodita / ut magis poſſitis ad rerum diuinarum cognitionem peruenire /
& innoteſcat uobis ubi humana conſiſtat fœlicitas. In primis procuran/
Perturbatione vacādum
dum eſt uobis / ut omni uacetis perturbatione / qua non recte uirtutes ac
quiri poſſunt expulſis prius metu & cupiditate. uoluptate procul able/
Tranquillitas animi perquirenda.
gata / neceſſe eſt tranquillitatem animi omni diligentia perquiratis. ut ea
mentis puritate compoſiti certius intelligere poſſitis in quo fœlicitas noſtra
reſideat. et qa nobis plus obſtant carnis illecebræ / appetitus enormes / iræ &
inuidiæ / cætera quæq; uitia quibus ætas iuuenilis inuolui ſolet / danda
opera uobis eſt ut ab his quantum humanæ uires poſſunt / ſiatis immu/
nes. Nam impoſſibile eſt / quæ de Deo / quæ de cæli intelligentiis / de
immortalitate animæ / et fœlicitate cognoſci uere poſſe / niſi fuerimus omni
ſcelere abſoluti. Qua propter prius uobis per ſpiritum orandum eſt / ut
Ieſus chriſt⁹.
Deus uobis gratiam porrigat / ut ualeatis ipſum cognoſcere. & Ieſum
Chriſtum filium. quem miſſit in mundum ad aperienda ſapientiæ archa/
na. Imprimis cauendum eſt uobis. ut illuſtrata ueritatis facies continuo
Philoſophantium falſæ opiniones.
pateat / ne ad quorundam philoſophantium falſas opiniones diuertatis /
qui prouidentiae radios tollunt / & omnia fortuito ponunt fluere & re/
fluere / ut Democritus & Epicurus poſuere / & antea Protagoras / qui
poſuit Deos in dubium / & Diagoras qui omnino excluſit. Non id uo
bis non ſolum tenendum eſt / ſe neq; cogitandum. paucorum enim ho
minum praue ſentientium mendacia etiam pueri omni ſaeculo redargue
Deus nō eſſe plurimos.
re. neq; illud nobis ſuſpiciendum quidem eſt plurimos eſſe Deos / ſicut
decepta credidit antiquitas. imbecillis ingenii eſt id ſuſpicari / quum ſi
plures ſint / minus habere uirium ſinguli ad regendum crederentur. Pro
Deus unus.
pterea neceſſe eſt ſit unus Deus / qui ſit aeterna mens. & ex omni par
te infinitae uirtutis. Quem ſancti Prophete unum eſſe prædicant /
unum eſſe loquuntur conſona uoce. Ad quem nemo cognoſcendum
peruenire poteſt / niſi per Spiritum Sanctum. Iccirco filii Cariſſimi his
uanis horum male ſentientium opinionibus omiſſis / eo ſaltem oculos ten
dere debetis / ubi ſedes / ubi habitatio ueri Dei eſt. Qui quum dixit /
unico ſuo uoluntatis motu omnia facta ſunt. qui quum mandauit / illico

creata

creata ſunt. ſuſpendit[1] terram ſtabili firmitate. cælum perpetuo uolubile
diſtinxit fulgentibus aſtris. ſolem & lunam clariſſima ſydera humanis ocu
lis apparentia diſpoſuit/ ut dignoſceremus unicam eſſe in cælo maieſta/
tem/ cuius infinito uigore cuncta ordine ſúo gubernantur & diſponun//
tur. Hunc eſſe illum Deum quem omnibus colendum/ adorandum/
amandum elementa/ & cæli/ & rationes omnes perſuadent/ iubentq;. ſed
neq; humana mens tenebris hiſce obuoluta poterit cum tantum fulgo/
rem intueri niſi ad mediatorem noſtrum Chriſtum recurrat/ qui Deus
& Homo uiſibilis apparuit. Qui nobis e cælo reportauit gratiam & fe/
cit ſemitam/ per quam poſſent remeare omnes illi/ qui regenerati ſunt
per Spiritum Sanctum in fide catholica & in eccleſia uniuerſali. Hæc
uobis filii reminiſcenda ſunt. Et quod uobis præcipue mandamus/ eſt
q; Chriſtum hunc/ quem peperit uirgo glorioſa/ ſemper ueſtro geratis
corde. ſi ſtabitis/ intra pectus hoſpitemini. ſi ambulaueritis/ aut peregre pro
ficiſcamini/ Chriſtum habeatis perpetuo uobiſcum peregrinum. ſi quid
interdum in malas cogitationes incideritis/ illico recognoſcatis animi la/
pſus/ & hauſta illa/ quæ proxima eſt ſceleribus allidatis petræ. haben/
tes alioquin pro certo non adeſſe in illis mentibus Chriſtum/ in qui//
bus malæ pullulãt cogitationes. Proinde filii dilectiſſimi poſteritas mea amã
tiſſima hoc præcipue nutriatis in uobis mentem candidam/ ſynceram/ inte
meratã/ plenam Chriſti uirtutis. hoc pacto nullibi eritis obnoxii. nihil erit tã
horrendum/ tam periculoſum/ tam formidabile/ quod non poſthabeatis in
columes. Hoc pro uero & indubitabili ſalutis ueſtræ iacto fundamento om
nia uobis fœliciter & beate ad uotum ſuccedent. non poterit quicq̃ nocere
uobis. uitia cuncta & ſcelera/ quæ mala ætas nunc congerminat & nutrit/
facile contẽnetis/ atq; ablegatis a uita ueſtra uſuq; uiuendi ſceleribus/ ſtatue
tis ante conſpectum ueſtrum aras Deo optimo primam/ Chriſto humanato
alteram. Deinde inferiores uirgini Deiparæ/ alteram Apoſtolis/ Martyribus
alteram & cæteris/ quos intemerata eccleſia colit & honorat. His ſuper aris
mentes ueſtras quotidie Deo immortali offeratis/ cunctoſq; ſanctos & cæli
accolas euocetis ad partes/ ad opem ferendam ſpiritu & oratione/ ſæpe ie/
iuniis/ ſæpe eleemoſynis/ ſæpe ſecretis pœnitentiis/ effuſione lachryma//
rum. quæ omnia nota ſint tantum uobis/ & Deo immortali/ & cæleſti cu/
riæ. Hæc filii erunt uobis Theſauri ingentes. poſtmodum quando hæc om
nia mente excolueritis/ quotidiæ tutius accedere poteſtis ad ea/ quæ uſus
uitæ expoſcit pro familia/ pro honore domus noſtræ/ pro amicis. illud
quoq; poſthabendum non eſt/ quando principibus placuiſſe uiris non
ultima laus eſt/ ut nihil committatis/ quod poſſit aut honorem/ aut fa//
mam principis ueſtri offendere. ſemper cum maxima reuerentia fando no
men & geſta illius recenſeatis. Immo frequenter orare Deum debetis pro
ſalute principis/ ut ea in illius animum infundat/ quæ ſubditis ſint ſalu/
bria/ & proficua/ quæ præcipue pacẽ & tranquillitatem totius ſtatus pariant.
Etq; Deus eius ueſtigia dirigat ad ueram ſapientiam/ ad ueras uirtutes poſ

Leges patriæ cuſtodiēdæ.i

ſidendas / ad cuſtodiendas leges patrias cum æquitate. nihil enim poteſt
dici ſalubrius fili mi / neq; haberi per omnes urbes / q̄ ſortiri principem in quo
bonitas / ſapientia / prudentia / æquitas / ſolertia / benignitas reluceant.
Proinde quiſq; precibus cælum fatigare debet / ut talem & tantum ornet
in terris principem. Erit uobis poſt hæc filii amantiſſimi / ut omnibus in
rebus legum efficiamini ſtudioſi. Iuſticia enim legalis in ſe continet om//

Iuſticia legalis.

Lex.

nes uirtutes / propterea q; habet omnia præcepta quibus humana uita
perficitur. Ideo lex uere recta ratio eſt naturæ congruens / conſtans / &
ſempiterna / quæ ſemper nos uocat ad honeſta officia / ſubeundo / uetan
do / a fraude deterrendo. ue illis qui animum nutriunt extra legem. ii pro
fecto miſeriori conditione uiuunt / q̄ cætera animalia / quæ dotes proprias

Animalia.

a natura ſequuntur. alia pennas / quædam coria / quædam ſquammas.
immo arbores cortice interdum gemino a frigoribus / & calore tutata eſt.

Homo.

At homines nudos / & in nuda humo abiicit ad uagitum & ploratum. ſed
ratione muniuit. quam ſi abiiciunt / leges poſthabent / ſi diligentiam /
ſi doctrinam / ſi modum uiuendi / ſi partes & officia illa / quibus huma
na uita illuſtratur / ſoleant abiicere / profecto deteriores euadent cæ//
teris animalibus. Iccirco exhortor uos filii / ut eas leges omni diligentia
capiatis addiſcatiſq; / ut per eas bona anim dignoſcatis / bona corporis
diſcernatis / bona fortunæ a limine ſaluretis / quibus abunde noſtro iu
ſto ſudore / & munere Dei potius aucti & decorati eſtis. præcipue uo
bis uelut hæreditarium relinquo / ut inter uos / obnixe concordiam co/

Cōcordia ad res domeſticas.

Fratres.

latis. Eſt enim hæc pretioſum principium ad res domeſticas tuendas /
& dignitatem ueſtram inextimabile fundamentum. Ideo fratres quaſi
natura inſtituente / quod utriq; alteros ferant / dicti ſunt. nullum eſt tam
ſolidum regnum quod diſcordia non ad terram proruat. nullæ tam ſta/
biles familiæ / quæ diſcordia non deuenerint ad cineres. Tantæ eſt ma/

Diſcordia quantæ malignitatis.

lignitatis diſcordia / & pernicici / ut quum cuncta dicantur habere ini//
tium puſillum a natura / diſcordia uero minime. culpa hominis non na
turæ / uideretur eſſe orta. habet maligna hæc radix geritq; ſecum non
alia Lurida uenena / q̄ ambitionis / liuoris / æmulationis / poſtremo cæ/
dis & mortis teterrimæ. Hæc fuit illa quæ primos fratres in ſanguinem
uertit. hæc fuit unde humano generi tantæ orirentur tenebræ ignora//
tionis. Et ſi Salomon opulentum / & magnum reliquerit regnum / ta/
men emergente domi diſcordia in ruinam abiit / adeo grauiter diſcordia
laborauit. prætermitto Atrei & Thyeſtis domeſticam cladem / qua Græ

Atrei & thyeſtis diſcordia Etheoclis & polynicis diſſidium.

canicæ ſcænæ nihil recitauere deteſtabilius. Relinquo Etheoclis & Po/
lynicis mutuis uulneribus caſum / quo ambo confoſſi regnum a pa//
tre relictum perdidere. ſed ante ueſtros oculos pono Italiæ præſentem
diſcordiam / Cuius malo incendio pene tota Inſubria iacet deſolata. dum
hæc ſcribo Filioli Mei / uſq; ad uiſcera tremiſco. Vereor ne quid in//
ter uos oriatur / quo minores res noſtræ domeſticæ fiant. Ideo curate

ſæpiſſime

Digitized by Google

ſæpiſſime paræneticam noſtram admonitoriam hanc hæreditariam lege/re. Omne potius ſufferre malum / q̃ in diſcordiam prolabi. Nihil inter uos pernicioſius poterit emergere / q̃ diſcordia. ſi quid enim (quod accidere poteſt) euenerit / quod utroſq; in alteros odio accenderit / illico deponite animi tumorem / & ad mutuam charitatem & beniuolentiam accedite / quam parentes ueſtri genitor & mater ueſtra relinquunt / pro maximo Theſauro. ſi frequentiſſime memineritis patris & matris ueſtræ charitatem / non ita facile in diſcordiam deſcendentis. multum hæc pietas confert ad beniuolentiam geminandam / & opes & uirtutes augendas / quum aliquis erit e uobis / qui uidebitur & charitate maior / & prudentia & ſapientia notatior / ad eum iubeo recurrere / uelut alterum patrem qui diſcordiam ſedet / litem remoueat / & æqualitatem ponat. melius eſt ad ueſtrum recurrere ſanguinem / q̃ per alienas ire manus / præſertim per eos qui alienis diſcordiis gaudent pingueſcuntq;. Cupio (ita precibus fatigo numen quotidianis) uos eadem qualitate ſapientes / & prudentes eſſe. uerum (ut dixi) ſi quis ex ueſtro numero ingenio niteat meliori & ſapientiori / huic omnes ueſtras differentias deferri mando. ſic diutius res ueſtræ bene creſcent / auctumq; meliorem ſuſcipient. Ibi enim fræquenter lapſum e cælo numen manſionem præſtat / ubi concordiam & charitatem uider. Quod ſi aliter feceritis (quod perſuadere mihi non poſſum) ſcirote uos in non paruas caſuros calamitates. quam bene conſuluit naris ſuis filioli mei Chariſſimi Rex ille prudens / qui multis relictis filiis / ut ad concordiam ſtabiliret animos / hoc exemplum pulcherrime exhibuit. faſcem uirgarum ſingulis quibuſq; obtulit confringendum. qui quum negarent ſe poſſe genu confringere / iuſſit ſeorſum ſingulatim uirgã educi / quam quilibet facile proſcinderet. admonuit ita fore / ſi una & ſimul ſtrictim eſſe perſeuerarent potentiores ſemper fore. At ſi inter ſe diſſiderent / imbecilliores omnibus fieri. Ita uos per hoc unicum exemplum filioli mei eſtote prudentes in concordia ueſtra. non enim eſt tam diues domus tam ciuitas firma / quæ non odiis / & diſcordia funditus euerti poſſit. nunq̃ frater cum fratre diſcordiæ ſtudiis laborans tranquillam & quietam uitam ſortiri poterit / neq; finem optatum. legite hæc filioli mei pauca uerba ſæpiſſime / atq; memoriæ mandate. fratres concordes ueros amicos putat Menander / propterea q; ea amicitia eſt iucundiſſima / quam ſimilitudo bonorum morum & maxime uinculum fraternitatis coniugauit. Quo profecto nihil amabilius exiſtimari poteſt. quantum apud poſteros laudatur Ioſippus Iſraelis filius? qui oblitus iniuriarum fratres magno uirtutis beniuolentiae exemplo complexus eſt. & Moſes præter alias uirtutes concordia maxima cum fratre Arone ſemper laudatus eſt. Nonne & concordia / quae maxima fuit / Caſtorem & Pollucem apud Graecos Deos fecit? fuit haec in Africano maiore erga fratrẽ Lucium nõ minor. cui quũ extra ſortẽ Antiochus / & Syria ꝓuincia decerneretur ad bellum graue & laborioſum gerendum / ſe ſe obtulit legatũ. laudatur hæc

Charitas.

Rex filiis cõcordiam.

Frater cum fratre.

Menander.

Ioſippus.

Moſes.
Caſtor & pollux.
Africanus.

C. Tiberius.

animi pietas in.C.Tiberio Cæſare/qui tanta concordia cum fratre Druſo ui
xit/ut poſt eius exitum miro exemplo retinuit.illius.n.in Germania extincti
cadauer Romam uſq; pedibus mœſtus/& ſqualore obſitus proſequutus
eſt.Iccirco adhuc moneo filii/ut ex toto animo uos inter uos perpetuo dili/
gatis/firmetiſq; cuncta ueſtra mutuo charitatis uinculo/neq; paternum cō
ſilium/& factum ægre feratiſq; unum ex uobis delegerim.delectū Ducali &

Theodoricus marchio.

Cæſarea auctoritate uoluerim decorari in Marchionatu Inciſæ/& Vuiliarū.
pro maxima lege debet eſſe uobis decretum paternum.duos non capit una
ſedes.in uno quoq; regimine unus primarius ſemper debet eſſe.Ciuitas/in
qua plures regnant/facile ſolet corruere.idipſum ego hac ratione feci/non
ut plus unum altero diligam/ſed ut omnem diſcordiæ a uobis materiam di
luam.Nam ubi plures ſunt domini/frequenter ſolent aut ferro/aut litibus/
aut paupertate inter ſe digladiari adeo/ut nobilitas & poteſtas cum digni/

Dignitas ſine diuitiis.
Marchiones ex alerano.

tate conſeruari non poſſint.& ſi aliquo modo poſſunt/qui ut plurimum di
uitiis carent & facultatibus/decorem dignitatis ſeruare non poſſunt.Olim
Marchiones Inciſæ & Rochetæ prouenere ex ſanguine imperiali Alerani.
Cæterum ex Alerano prouenientes propter numerum dominantium in ma
gnam decidere Tragœdiam.ipſe poſtremo impius Odonus plus q̄ ſexagin/

Odonus.

ta ex proprio ſanguine interemit nullo ætatis/& ſexus habito diſcrimine.ſed
diuino iudicio poſtea ipſe cum filio Badono a Marchione montis Ferrati ca
pti pœnas meritas dedere.Tūc Marchionatus Inciſæ per ſacratiſſimū Maxi
milia.Cæſarē in me trāſlatus eſt/atq; ut oībus pateat/hic appoſui priuilegia.

Priuilegium marchionatus inciſæ in pbonos confirmatū a carolo.

CAROLVS Quintus diuina fauēte clemētia electus Romano
rum Imperator ſemper Auguſtus/ac Rex Germaniæ/Caſtellæ/Aragoniæ/
Legionis/utriuſq; Siciliæ/Hieruſalem/Vngariæ/Dalmatiæ/Croatiæ/Na
uarræ/Granatæ/Sardiniæ/Corſycæ/Murtiæ/Gyemis/Algaroniæ/Algezi
ræ/Gibraltaris/ac inſularum Balearium/Inſularum Canariæ/& Indiarū.ac
terræ firmæ maris oceani.Archidux Auſtriæ/Dux Burgundiæ/Lothorigiæ/
Brabantiæ/Stiriæ/Carinthiæ/Carniolæ/Limburgiæ/Lucemburgiæ/Vuir
temburgiæ/Gheldriæ/Calabriæ/Athenarum/Neopatriæ &cæte.Comes
Flandriæ/Habſpurgi/Tirolis/Barchinonæ/Arthois/& Burgundiæ/Co/
mes Palatinus/Hamoniæ/Holandiæ/Seelandiæ/Ferretis/Kiburg/Lant/
grauius/Alſatiæ/Marchio ſacri Romani Imperii ſuper Amalum/& Burgo
niæ/Oriſtani/Gotziani/& ſacri Romani Imperii Princeps Sueuiæ/Catha
loniæ/Aſturiæ.& Dominus Phryſiæ/Marchiæ/Sclauoniæ/Portus Nao/
nis/Biſcariæ/Molinæ Salinarum/Tripolis/& Machliniæ &c.Notum fa
cimus tenore præſentium uniuerſis/& profitemur quod quum ſpectabilis
noſter & ſacri imperii fidelis dilectus Hieronymus de Petrobōis eques au/
ratus/& iuriſconſultus Dominus Vuiliarum priuilegium certæ donatio/
nis inueſtituræ & confirmationis a fœlicis memoriæ diuo Maximiliano Ro
manorum Imperatore auo & prædeceſſore noſtro colendiſſimo obtinuerit/
cuius quidem priuilegii Tenor talis eſt.

Maximilianus

Digitized by Google

MAXIMILIANVS diuina fauente clementia electus Romanorum im/
perator ſemper Auguſtus/ac Germaniæ/Hungariæ/Dalmatiæ/Croatiæ/
&caete.Rex.Archidux Auſtriæ/Dux Burgundiæ/Lothoringiæ/Barban/
tiæ/Stiriæ/Carinthiæ/Carniolæ/Limburgiæ/Lucemburgiæ/& Gheldriæ/
Landgrauius/Alſatiæ/Princeps Sueuiæ/Comes Palatinus in Habſpurg/
& Hannoniæ Princeps/& Comes Burgundiæ/Flandriæ/Tirolis/Gori/
tiæ/Artheſii/Holandiæ/Scelandiae/Ferretis/Kiburg/Namurci/& Zut/
phaniae/Marchio ſacri Romani imperii ſuper Amaſum & Burgoniae/Do/
minus Phryſiae/Marchiae/Sclauoniae/Machliniae/Portus Naonis/&
Salinarum &caete.Quum princeps non tam rebus geſtis & memoratu di/
gnis/q̄ liberalitate & munificentia maximam gloriam/& indelebilem nomi
nis famam conſequi compertum habeamus/& nos uniuerſos ſubditos &
fideles noſtros gratia noſtra proſequi cupiamus/illis tamen qui conſtanti &
inuiolata ſide nos proſequuntur/& continuis officiis ſe indefeſſos exhibēt/
merito propenſiores exiſtimus.Conſtitutus itaq; coram nobis ſpectabilis no
ſter/& imperii nr̄i ſacri fidelis dilectus Hieronymus de Petrobonis eques
& iuriſconſultus Dominus Vuiliarum nobis expoſuit Quomodo Mar/
chiones Inciſae fecerunt cum Duce Sabaudiae & Marchione Mōtiſſerrati
ac aliis principibus adhaerentiam & contractus ſine noſtro & imperii ſa/
cri conſenſu/& quondam Odonus plurimos condominos Inciſae ex pro/
prio ſanguine trucidauerit/eorum portiones in dicto Marchiōatu per uim
ſibi uindicando/Gallis praeterea ad Inſubriam oppugnandam uenientibus
primus eorum ſectando factiones/arma ſumpſerit/rebelles/& eorum bo/
na in Dominio Inciſae praeſeruando.qua propter iura praedicti Marchiona
tus ad nos/& ſacrum Romanum imperium ſint deuoluta/& nobis hu/
mili cum inſtantia ſupplicauit/ut ſibi/& deſcendentibus ſuis maſculis &
legitimis natis & naſcituris dictū Marchionatū cū iuriſditionibus/ptinen/
tiis/redditibus/& emolumentis prout ab ipſo Odono & condominis poſſi
debant/cōcedere/& donare/ipſumq; de illis ex gratia ſpeciali inueſtire di/
gnaremur.Nos itaq; attenta eius fide & obſeruātia in ſingularē dānorū recō
penſā/q̄ ꝓ nobis & ſacro Roma.Impe.ab hoſtibus & rebellibus noſtris diu
ſuſtinuit/& cōtinue ſuſtinei cogitur/tanq̄ Roma.impe.& ſupremus ipſius
Marchio.Dn̄s ad quē impraeſentiarū cōceſſio & inueſtitura feudi & alio/
rū bonorū deuolutorū ex dicto Marchio.ptinet/ex ſolita noſtra clementia/
& Caeſarea liberalitate ipſi Hiero.& deſcēdentibus ſuis maſculis legitimis/
& de legitimo matrimonio natis & naſcituris in infinitū p̄dictū Marchiona/
tū/eiuſq; eius iuriſditiones/ptinētias/redditus/& emolumenta concesſimus &
donauimus/Ipſumq; de illis omnibus & ſingulis inueſtiuimus/ut p̄ſenti/
bus noſtris concedimus/donamus/& inueſtimus ſtatuētes & decernētes/
q̄ praedictus Hiero.eiuſq; deſcendentes maſculi & legitimi/de legitimo ma/
trimonio nati et naſcituri in infinitū praedictū Marchionatū cū omnimoda/
iuriſditione/mero ac mixto imperio/et gladii poteſtate et ius iuri addendo/
cum plena baylia et omnimoda poteſtate facultate auctoritate p̄rogatiuis/
ac ſuperioritate/ptinētiis/redditibus/et emolumētis q̄ de iure ad ipſū Mar/

Inueſtitum diui maximiliani Caeſaris in petrobonos.

chionatũ quomodolibet ſpectant/& in præſentia a Marchiõe montiſſerrati
poſſidentur ſiue uſurpantur/habere/tenere/& poſſidere/& ibi iuriſdi/
tionem omnimodam exercere poſſint/prout tenebant poſſidebant & exer

Iura quæ transferuntur tantum in primogenitum.

cebant anteceſſores Marchiones Inciſæ/anteq̃ a iuribus ſuis caderent/om/
ni contradictione penitus ceſſante. Eo tenore q̃ fortilitia quæ ſunt uel erunt
in futurum/iuriſdictio aquarum/iura/furni/& datia ac molendina/& cen
ſus ſint & eſſe debeant primogeniti ipſius Hieronymi & deinde ſucceſſi/
uis temporibus primogenitorum maſculorum/ex legitimo matrimonio na
torum primogeniti/& deficientibus primogenitis transferãtur in proximio
rem natum/ex legitimo matrimonio/& linea maſculina/& ex deſcendenti/
bus nominati Hieronymi ſeruato ordine. deinde ut ſupra. primogeniti/&

Primogenitorum ſuccedentiũ ordo.

ſucceſſiuis temporibus/& ſi plures ſint in eodem gradu proximitatis/tunc
ex dictis proximioribus ſuccedat tantum maior natu/ex ipſis quantum ad
iuriſdictionem ut ſupra. Ita & taliter/quod prædicta fortilitia ac iuriſdictio
Marchionatus Inciſæ/furni/Molendina/aquarum iura/& datia/& cenſus
ſemper ſint primogenitorum maſculorum & natorum ex legitimo matrimo
nio ex deſcendentibus ipſius Hieronymi/& ex linea maſculina/& defici/
ente primogenito/qui ſit maſculus/ex deſcendentibus de linea maſculina
prænominati Hieronymi/natus ex legitimo matrimonio. ut ſupra. ſeruato
deinde ordine q̃ in primogenitos transferantur. & quotienſcunq; caſus eue
nerit/idem ſeruetur & ſolus unus ſit dominus in dicto Marchiõatu ut ſub/
diti plurium dominio non aggrauẽtur. In cæteris uero redditibus & iuribus
tam præfatus Hieronymus/q̃ eius deſcendentes,& deſcendentium deſcẽ
dentes inter ſe alienare & diſponere poſſint/ad libitum ſuum & non aliter
nec alio modo. imo ſi in alios alienatio fieret illa portio non alienantibus ac/
creſcat. Concedimus præterea & licentiam impartimur ipſi Hieronymo ac
primogenitis deſcendentibus/ut ſupra/acquirendi ex quocunq; contractu/
& a qualibet perſona iura & actiones quæ/& quas haberet/uel habere præ
tenderet in ipſo Marchionatu. non obſtantibus aliquibus decretis ſtatu/
tis/prouiſionibus/ordinibus/ac legibus in contrarium facientibus/&
diſponentibus. Quibus omnibus & ſingulis in hac parte/& certa ſcientia/
& de plenitudine poteſtatis noſtræ derogamus. & derogatum eſſe uolu/
mus/& declaramus ſupplentes omnes & ſingulos defectus quarumcun/
q; ſolemnitatum/tam iuris/q̃ facti quæ in præmiſſis/uel circa ea interue/
nire debuiſſent/uel deberent. Conſtituentes ex nunc prout ex tunc & econ
tra præfatum Hieronymum/& deſcendentes/& deſcendentium deſcen/
dentes/ut ſupra ueros legitimos & quietos poſſeſſores & dominos Mar/
chionatus/Territorii/poſſeſſionum/locorum adiacentium/iurium quo
rumcunq;/ac omnimodæ iuriſdictionis meri & mixti imperii omni contra/
dictione poſtpoſita/& abſq; contradictione/& impedimẽto alicuius pſonæ
cõis/collegii/uniuerſitatis/& eccleſiæ cuiuſuis ſtatus/gradus/dignitatis/&

Inciſæ marchionatus ſeparatio.

præeminẽtiæ exiſtat. Reſeruata tamẽ nobis & imperio ſacro debita ſupioritа
te noſtra/uolentes & decernẽtes quatenus expediat/quod territoriũ & iuriſ
dictio dicti Marchionatus penitus ſit ſegregata/ſepata/& exempta ab omni

iuriſdictione

Digitized by Google

iuriſdictione/poteſtate/baylia/adhærentia/& reſpondentia cuiuſuis ciuita/tis & dominii/prout & nos omni meliori modo/iure/uia/& forma/ quibus poſſumus penitus & in totum ſegregamus/ſeparamus/& eximimus/faci entes & conſtituentes ipſum Hieronymum procuratorem in rem ſuam/& in omnibus & per omnia ponentes in noſtrum & cameræ noſtræ locum/ius/& ſtatum/ita q; ſibi liceat/& licitum ſit/etiam propria auctoritate dictum Marchionatum appræhendere/& appræhenſum retinere. Mandantes communibus collegiis & uniuerſitatibus/hominibus & ſingularibus perſonis & incolis dicti Marchionatus/pertinentiarum/locorum adiacentiũ & iurium/ut prænominatum Hieronymum/primogenitos deſcẽdentes ut ſupra/in eorum dominos/Marchiones & ſuperiores ſuſcipiant eiſq; obediant pro quanto gratiam noſtram caripendunt. Cõfirmamus inſuper tenore præſentium priuilegia alias per nos ipſi Hieronymo & eius deſcendentibus de loco Vuiliarum/pari modoq; uenditionem eidem factam de prædicto loco Vuiliarum per Ducem Mediolani quod iura ipſius loci Vuiliarum transfe/ant ſolummodo in primogenitos/prout in ipſa uenditione continetur. quã de uerbo ad uerbum hic pro expreſſa haberi uolumus/inquantum expediens fuerit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis/donationis/inueſtituræ/gratiæ & confirmationis paginã inſtingere/aut ei quouis auſu temerario contra ire/inquantum indignationem noſtram grauiſſimam/ac pœnam quadraginta Marcharum auri puri euitare uoluerint pro medietate fiſco noſtro/pro reliqua dimidia iniuriam paſſorum uſibus applicandam. in quorum robur & fidẽ præſentes noſtras fieri & ſigilli noſtri munimine corroborari iuſſimus. Datum in ciuitate Tridentina. XXII. die Mẽſis Maii. Anno domini. M.D.XVI. Regnorum noſtrorũ Romani. XXXI Hungariæ uero. XXVII. ſignatum ſic per Regem proprium & ſubſcriptum ſic ad mandatum Cæſareæ Maieſtatis proprium. ſemtemer. Et nobis ſupplicauerit quatenus huiuſmodi priuilegium in omnibus ſuis conceſſionibus & donationibus ex innata noſtra Cæſarea benignitate confirmare/& ipſum pro ſe & hæredibus ſuis de conceſſo/donato/& inueſtito/Marchionatu Inciſæ omnibuſq; eius iuriſdictionibus/pertinentiis/redditibus/& emolumentis/prout in præinſerto priuilegio continetur/imitando dicti aui noſtri imperatoris ueſtigia inueſtire dignaremur. Nos igitur conſiderantes quod iuſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus/ac etiam ſynceram deuotionem/obſeruantiam/& fidem præfati Hieronymi/qua nobis & ſacro imperio affectus eſt/& inſuper fidelia & indefeſſa obſequia/quæ pro ipſo ſacro imperio cum rei ſuæ familiaris iactura præſtitit/& in poſterum præſtare & exhibere paratus eſt/atq; eſſe debet/de certa ſcientia animo deliberato/& ex Cæſarea noſtra Romana auctoritate præinſertum priuilegium/in omnibus & ſingulis ſuis punctis/articulis/ſententiis/uerborum expreſſionibus/conceſſionibus/indultis/donationibus/inueſtitura/iuriſdictionibus & iuribus quibuſcunq; approbauimus roborauimus/Innouauimus & Confirmauimus/nec non Eundem Hieronymum pro ſe & ſuis Hæredibus legitimis Maſculis & quolibet eo

Conſtitutũ Cæſaris pro perbono.

Confirmatio emptiõis uuiliarum. Quæ in primogenitos tantum.

rũ in infinitum de prænominato Marchionatu Inciſæ cum omnimoda eius Iuriſdictione/mero ac mixto imperio & gladii poteſtate/ Iuriſdictionibus/ pertinentiis/redditibus/emolumentis & iuribus quibuſcunq;/ queadmo/ dum in præinſerto priuilegio Cæſaris Maximiliãi/cõtinetur/inueſtiuimus prout tenore præſentium approbamus/roboramus/innouamus/cõfirma/ mus & inueſtimus. Recepto fidelitatis & homagii debito & conſueto iura/ mento. Noſtris tamen ſacriq; imperii iuribus & cuiuſcunq; alterius ſaluis: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis/donationis/ inueſtituræ/gratiæ & confirmationis paginam infringere/aut ei quouis au/ ſu temerario contra ire/inquantum indignationem noſtram grauiſſimam/ac pœnam quadraginta Marcharum auri puri euitare uoluerit pro medietate fiſco noſtro/pro reliqua dimidia iniuriam paſſorum uſibus applicandam. In quorum robur & fidẽ præſentes noſtras fieri/& ſigilli noſtri munimine cor/ roborari iuſſimus. Datũ in ciuitate noſtra imperiali Vuomatia. Die. V. mẽ ſis Februarii. Anno domini. M.D.XXI. Regnorum noſtrorũ Romani. II. cæterorum uero. V. ſignatũ Carolus & ſubſcriptum ſic ab extra ſuper plica. Ad mandatum domini imperatoris proprium. Albertus Cardinalis mogun tinus archicancellarius ſubſcripſit. Et ſolito ſigillo magno imperiali in cera rubea cũ alba de ſubtus/& circumcirca/ ſigillatũ repoſito in quodam uaſe ſemirotundo lotoni impendenti/cum cordulis ſiricæ ranzatæ & nigri colo/ ris/& a tergo etiam notatus ſic. Regiſtrata Ia. ſpiegel.

Iuramentũ fidelitatis Perboni pro Marchionatu Inciſæ.

BERNARDVS Dei gratia epiſcopus Tridentinus. Ad perpetuam rei memoriam Notum facimus per præſentes quibus expedit uniuerſis/quod quum Cæſarea maieſtas inueſtiuerit Magnificum & Clariſſimum Iurecon/ ſultum ac equitem & dominum Vuiliarum ac Caſtri noui Calceæ. D. Hie ronymum Perbonũ de Marchionatu Inciſæ/ſicut ex literis inueſtituræ ſu/ per inde confectis/ & nobis oſtenſis latius apparet. Nobis autem a maieſta te ſua Cæſarea commiſſum fuerit/ut eidem. D. Hieronymo pbono Homa/ gium & fidelitatis iuramentum præſtaremus/quemadmodũ per literas ſuæ maieſtatis ad nos directas plenius conſtat quarum tenor eſt talis.

Literarum tenor. Caroli Cæſaris pro iuramento fidelitatis perbõi.

CAROLVS Diuina fauente clementia electus Romanorum imperator ſemper auguſtus &c. Venerabilis prĩceps deuote dilecte inueſtiuimus ſpe ctabilem noſtrum/ & ſacri imperii fidelem dilectum Hieronymum Petro/ bonum de Marchionatu Inciſæ/ſicut ex literis deſuper ei conceſſis latius in tueberis. Quum autem huiuſmodi fœudi & inueſtituræ ratione, Idem Hie ronymus teneatur nobis Homagium/& fidelitatis iuramentum/pro nobis & ſacro imperio præſtare/iccirco deuotiõi tuæ per præſentes uices noſtras in hac parte committentes tibi iniungimus ut homagium & fidelitatis iura/ mentum nobis & ſacro imperio/& ſucceſſoribus noſtris reſpectu dicti fœu di/& inueſtituræ/debitum in forma conſueta/ & ſicuti natura talium fœu dorum exigit/ab eodem Hieronymo noſtro nomine recipias/Deſq; ope/ ram ut de actu ad futuram memoriam publicum conficiatur documentum/ quod ad manus Reuerendiſſimi Cardinalis & archiepiſcopi Maguntini &cætę. Principis electoris & ſacri imperii per Germaniam Archicancellarii

amici

Digitized by Google

amici noſtri Chariſſimi in forma autentica tranſmittas. Noſtram in eo execu
turus uoluntatem. Dat. in ciuitate noſtra imperiali Vuormatiæ/ die VIII. fe
bruarii Anno domini. M.D.XXI. Regni nr̃i Romani anno. II. Carolus Al
bertus Cardinalis Maguntin. Archicancellarius ſubſcripſit. A tergo uenera/
bili Bernardo epiſcopo Tridentino principi & conſiliario noſtro/ deuoto di
lecto. uolẽtes itaq; exequi literas antedictas/ & a præfato. D. Hieronymo re
cipere/ uice & nomine ſuæ maieſtatis Homagium & debitum fidelitatis iu
ramentum/ eidem coram nobis perſonaliter conſtituto/ iuramentum antedi
ctum detulimus/ Ad præſentiam uenerabilis Magnifici & ſpectabilium An
tonii de leudro Canonici eccleſiæ noſtræ Tridentinæ/ & in ſpiritualibus Vi
carii noſtri. D. Hieronymi Moroni Comitis/ Antonii quetæ doctoris & can
cellarii noſtri/ Io. Antonii de Theſino/ & Andreæ de regio doctorum conſi
liatiorum noſtrorum ac aliorum plurium nobis aſſidentium. Qui Dominꝰ
Hieronymus ut infra ſequitur/ tactis ſacroſanctis euangelicis ſcripturis/ for
maliter iurauit dicendo. ego Hieronymus Petrobonus iuro in manibus re/
uerendiſſimi Domini & Illuſtriſ. Principis Domini Bernardi epiſcopi Tri/
dent. ad hunc actum homagii & iuramenti fidelitatis ſufficientẽ a maieſtate
Cæſarea commiſſionem habentis. Quod ego & deſcendentes mei erimus
fideles Vaſalli ſacratiſſimi imperatoris electi Caroli/ & Hiſpaniarum regis
&c. ſacri imperiiq; utilitatem/ honorem/ & commodum ipſius. D. Imperato
ris & imperii Romani pro uiribus iuuabimus/ curabimus/ & ſollicitabimꝰ.
Nõn interueniemus in conſiliis & tractatibus in quibus de damno & peri/
culo perſonæ ſuæ/ iurium ſuorum/ & imperii Romani agatur/ tractetur/ &
machinetur. directe uel indirecte/ aut quouis quæſito colore/ quin etiam ſi
aliquid tale cognouerimus ſtatim id per nos/ uel alios/ quanto citius fieri po
terit/ eidem reuelare ſtudebimus. ſecreta omnia ſi quæ nobis fuerint commu
nicata per prælibatum Dominum imperatorẽ/ uel ſuos agentes nemini pan
demus. puram deniq; fidelitatem/ ſubiectionem & obedientiam erga ipſum/
ſucceſſores/ & imperiũ Romanũ oſtendemus/ ſicut ueros Vaſallos facere
decet/ & aſtricti ſunt. Ita nos deus omnipotens & ſancta dei euãgelia iuuẽt.
de quo actu pro rei memoria perpetua præſentes fieri & per appenſionẽ no
ſtri ſigilli fecimus roborari datum & actum Tridenti in arce noſtra Boni cõ
ſilii. Die lunæ. VI. mẽſis Mai. Anno Domini. M.D.XXI. ſubſignatum An
to. Queta. Do. &ce. & eius ſolito ſigillo magno appenſo ſupraſcriptis lite/
ris cum cordulis ſigillatũ. Hæc ſunt quæ in Cæſareo/ & imperiali priuilegio
habetis filii mei Chariſſimi. quicquid enĩ laborat pater pro filiis eſt. ingrati fue
ritis/ ſi noſtram pietatem in pectoribus ueſtris non ſeruaueritis. tunc imme/
mores eritis/ quũ alioſum abibitis a ueſtigiis paternis. retinebitis utiq; hæc
omnia inconcuſſa & inuiolata/ ſi egregiis uirtutibus/ & optimis moribus
nobilitati conuenientibus annixi ea cuncta proſequemini/ quæ omni tem/
pore pro uobis/ pro honore/ & nominis mei recordatione decorem præſta/
bunt. poſſidebitis utiq; & maiora & ampliora/ ſi oẽ bonũ qcqd & dignitatis
& preſtantiæ habebitis/ deo referatis acceptũ. Tamen id uere peragetis qu/
um utriq; alteris auxilio/ fauore/ & ope præſto fueritis/ eo charitatis ſtudio

quo uos amo & proſequor.ſic ſtemmata ueſtri ſanguinis ſuſtinebitis & mirum immodum exaltabitis.& ueſtrum genus/ueſtraq; propago/& nati natorum continue magis in dies fœliciter propagabuntur.poſt hæc item accipite/& auctoritatem Cæſaream quam uobis legitimandi ſpurios/creandi tabelliones/& iudices emancipandi/& arrogandi filios ampliter reliquo. tum etiam & in diuino & humano iure laureandi & doctorandi facultatem adhibito tamen examine iuriſconſultorum Collegii Alexandrinæ Ciuitatis perpetuis temporibus/donec deo uolente mea poſteritas maſculina ſuperfuerit. Quam perpetuo fœlicem omnipotẽs & imortalis Deus diutiſſime/& ſemper conſeruare dignetur. Hoc erit uobis ornamentum & decus. Quod omni tempore & uos & poſteros noſtros ad uirtutes/& egregia uirtutum geſta excitare poterit.atq; nequis putet hæc nos inaniter finxiſſe appoſuimus hic.ut omnium oculis euidens appareat priuilegium.

Priuilegium palatinatus pbonorum confirmati a duce franciſco & ſenatu.

FRANCISCVS.II.Sfortia Vicecomes dux Mediolãi &c.Papiæ pñceps Angleriæq; comes ac Ianuæ/Cremõæ/& Aſtæ dñs.expoſuit nobis ſpectabilis Sẽator noſter dilectiſſimus Dñs Hieroẏm⁹ Petrobon⁹ Inciſæ Marchio/& Dominus Vuiliatum/Iuris utriuſq; doctor/Eques & ſacri Lateranenſis pallatii Comes/nonnulla eidem a Cæſarea Maieſtate conceſſa fuiſſe priuilegia/quibus uti uellet/Modo libera noſtra accedat uoluntas/& eis utẽdi poteſtas detur.quod ut fiat a nobis(ut eſt modeſtiſſimus)humillime petiit & quorum priuilegiorum tenor ſequitur uidelicet.

MAXIMILIANVS diuina fauẽte clemẽtia electus Ro.impe.ſemp Auguſt⁹/ac Germãiæ/Hũgariæ/Dalmatiæ/Croatiæ Rex.Archidux Auſtriæ. Dux Burgundiæ.Lothoringiæ/Brabãtiæ/Stiriæ/Carĩthiæ Carniolæ Lymburgiæ/Luceburgiæ/& Gheldriæ/Lãtgrauius Alſatiæ Pñceps/Sueuiæ Palatin⁹ i Habſpurg/& Hanõiæ pñceps/& Comes Burgũdiæ/Flandriæ.Tirolis.Goritiæ/Atheſiæ/Holandiæ/Selandiæ.Ferreris in Kiburg/Namurci/& Zuthphaniæ.Marchio ſacri Romani imperii ſuper Amaſum/& Burgoniæ dominus/Phriſiæ/Marchiæ/Selauoniæ/Mechilinæ/Portus Naonis & Salinatum &c. ad perpetuã rei mẽmoriã ſpectabili iuris utriuſq; doctori Hieronymo Petrobono inciſæ Marchioni/ac domino Vuiliarũ & ſacri Lateranenſis pallatii Comiti gratiam noſtram Cæſaream/ac omne bonũ. nihil magis in ſplẽdidiſſima Maieſtate ſacri præfulget imperii/q̃ fidelibus iuſta petentibus.& præclara cupientibus benignas aures libenter accommodare/& gratiam Cæſaream in bene meritos benigne effundere. Animaduertentes ergo præclaram/& inſignem tui animi uirtutem præcipuamq; ſcientiam/& tuam erga nos/Romanumq; imperium ſynceram deuotionem & fidem/non immemores quoq; q̃ liberaliter te exhibueris ad commoda noſtra in iſtis proximis bellorum turbinibus/motu proprio te Hieronymum Petrobonũ cum primogenito tuo/& primogenitis deſcendentibus natis & naſcituris ex legitimo matrimonio Marchionibus Inciſæ/ac dominis Vuiliarum/de plenitudine imperialis culminis/animo deliberato/& ex certa ſcientia accedente etiam ad omnia infraſcripta ſano principum/Comitum/Baronum/& procerum noſtrorum & imperii ſacri fidelium dilectorum conſilio/

Officia petroboni pro cæſare.

Principum conſenſus pro priuilegiis petroboni.

lio/

Digitized by Google

lio/Conſtituimus/facimus/& creamus & cum præſenti indulto imperpetu
um declaramus/noſtri ſacri pallatii Aulæq; noſtræ impialis Comites.& uo/
lumus te & quemlibet ueſtrum ut ſupra nuncupari/& realiter/& cum effe/
ctu haberi & teneri/& ex nunc uti frui & gaudere uniuerſis & ſingulis pri/
uilegiis/iuribus/immunitatibus/exemptionibus/honoribus/conſuetudi/
nibus/fauoribus/præeminētiis/& prærogatiuis.quibus ſacri pallatii noſtri
Comites de iure uel conſuetudine qualibet freti/ac uſi ſunt/& utuntur/uel
fruuntur. Tibiq; ac cæteris quibus ſupra/ex certa ſcientia/& motu proprio/
de plenitudine poteſtatis noſtræ concedimus/& largimur/& uolumus qđ
poſſitis tu ac primogenitus tuus/ac primogeniti deſcendentes Marchiones
Inciſæ & domini Vuiliarum legitimi & naturales/& de legitimo matrimo/
nio nati/ubiq; in Italia tantum legitimare/& in patriam poteſtatem redduce
re quoſcunq; etiam ex nobilibus ortos/naturales/ſpurios/incæſtuoſos/nefa
rios/manſeres/nothos/baſtardos/& quoſlibet alios naturalium defectus pa
tientes/etiam ſi plures in legitimanda perſona ſimul concurrerēt/& illos re/
ducere ad priſtinum naturæ ſtatum.ſiue legitimandi præſentes/ſiue abſen/
tes ſint ſiue tatā'n legitimationē habuerint/ſiue nō.Illuſtriū tamē principū/
Comitū/Baronūq; filiis dumtaxat exceptis.uiuis ſeu mortuis eorum paren/
tibus/furioſis/uel mentecaptis.ita etiam ut ſufficiat procurator uel nuncius
miſſus habēs ad hoc ſpeciale mandatum uel ab ipſis legitimandis/uel eorū
parētibus/etiā ſi legitimandi ſunt infantes/furioſi/uel mētecapti Citatis uel
nō citatis/pſentibus uel abſentibus illis ad quos hæreditas ex teſtamēto uel
ab inteſtato/de iure uel de cōſuetudine/aut alio quouiſmodo ſpectaret/aut
ſpectare poſſet/Dummodo tales legitimatiōes/non fiant inuitis parētibus/
ipſoſq; legitimandos ad omnia iura legitima reſtituere & reducere omnem/
q; genituræ maculā & defectū penitus abolere.ipſos reſtituendo & habili/
tando & omnia & ſingula iura ſucceſſionum & hæreditatum bonorū pater
norū & matrimonialiū atq; emphiteoticorum etiam ab īteſtato cognatorū/
& agnatorū/ac ad honores/dignitates/ac alios ſingulos actus legitimos/ac
ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati/obiectione prolis illicitæ penitus
quieſcente/& q; ipſorum legitimatio ut ſupra/facta pro legitime facta maxi
me teneatur/& habeat/ac ſi foret cum omnibus ſolemnitatibus iuris.Qua
rū defectus ſpecialiter auctoritate noſtra ſuppleri uolumus & intendimus/
Dūmodo legitimatiōes huiuſmodi p te & illos faciēdæ nō piudicēt filiis le/
gitimis/& hæredibus naturalibus ſed ipſi legitimādi cū legitimis æq̄s portio
nibus ſuccedāt parētibus & agnatis/ſintq; idē p nos legitimāti/de domo/
caſata/familia/& agnatione parētū ſuorū/& armorū inſignia eorū portare
poſſint & ualeāt/eiſq; uti ꝓ libito uolūtatis.efficiant etiā nobiles/ſi parētes
eorū fuerūt nobiles/poſſintq; & debeāt oibus actibus publicis/priuatis/of
ficiis/iuribus/honorib⁹/& dignitatib⁹ qbuſcunq; ex nūc in antea uti/frui/
& gaudere/& ab aliis ad illos & illorū exercitia admitti/& ab oi ſtatu & cō
ditione uti legitimi in iudicio uel extra/tā in rebus tpalibus ꝗ ſpiritualibus/
uti & potiri quomodolibet cōſuetudine uel de iure.poſſitis inſup facere/crea
re/& cōſtituere/ac ordinare notarios publicos ſeu tabelliones/necnon iudi

Perboni comites imperpetuum.

Perboni creare notarios ac iudices ordinarios

ces ordinarios/ac uniuerſis & ſingulis perſonis/quæ habiles & idoneæ fue
rint notariatus/ac iudicatus ordinarii officii concedere & largiri/ac ipſos &
quemlibet eorum auctoritate imperiali per pennam & pugilare/ ꝓut moris
eſt/de huiuſmodi officio inueſtire .dumtamen ad praticam & exequutionē
ipſi notarii/& iudices idonei reperiantur.ſuper quo conſcientiā ueſtrā one/
ramus a quibus & eoꝝ qualibet uice/& nomine noſtro & ſacri Romani im
perii.& pro ipſo recipiatis propriū & corporale iuramentū in hunc modum

Iuramenti forma præſtanda notariis.

uidelicet.Quod erunt & ſacro Romano imperio / & oibus ſucceſſoribus
noſtris Romanorū imperatoribus & regibus legitime intrantibus fideles/
nec unq̄ erunt in conciliis ubi noſtrorū periculū tractetur/ſed bonū noſtrū
& ſalutē noſtrā pro uiribus defendent/& promouebunt.damna noſtra pro
ſuo poſſe euitabunt/& auertent.Præterea inſtrumenta tam publica q̄ priua
ta/ultimas uoluntates/codicillos/Teſtamenta/& quæcūq; alia ſcribēda ex
officio/& omnia iudiciorū acta quæ ſcribenda occurrerint/iuſte/pure/& fi/
deliter/& ſine dolo/falſitate/& machinatione ſcribent/legent/& facient/nō
attendendo odiū amicitiā/pecuniā/munera/uel alias paſſiones aut fauores.
ſcripturas uero per ipſos in publicā formā redigendas in membranis mūdis/
non in cartis abraſis/neq; papyreis fideliter cōſcribent/ſententias/& dicta te
ſtium ſub ſecreto ſeruabunt/nulliq; manifeſtabunt/donec debeant/aut mā/
dato iudicis aut exigente iuſtitia promulgari.cauſas pupillorum/uiduarū/
& miſerabiliū perſonarū/nec non hoſpitaliū/pontiū/& publicarū uiarū pie
ſuſcipient,& pro uiribus promouebunt/oiaq; alia & ſingula fideliter faciēt/
quæ ad illorū officiū pertinebunt/ nil addendo uel minuendo/quod alteri
partiū prodeſſe ualeat/uel obeſſe.qui notarii ſeu tabelliones/& iudices or/
dinarii/ ac delegati/per uos creati/& creandi poſſint ubiq; terrarū & gentiū
facere/ſcribere/& publicare qualcunq; ſcripturas publicas/quæcūq; inſtru
menta/& contractus iudiciorū/acta/teſtamenta/ codicillos/ & qualcunq;
ultimas uoluntates/decreta/& auctoritates interponere/ꝓcepta quarētigia
ta/& exequutiua/oiaq; alia facere/conſcribere/publicare/& exercere, quæ
ad tabellionatus/& iudicatus ordinarii officii pertinere & ſpectare noſcun/
tur/quomodolibet cōſuetudine/uel de iure.decernentes ut oibus inſtrīs &

Perbōi emācipare poſſint.

ſcripturis p huiuſmodi tabelliones & notarios publicos faciēdis plena fides
ubilibet adhibeatur.Cōcedimus etiā uobis eadē imperiali auctoritate/ſcien
tia motuq; ſimili/& de plenitudine poteſtatis noſtræ ſpecialē faciendo gra/
tiā/ut poſſitis filios & filias cuiuſlibet ætatis etiā in infantia cōſtitutos emā/
cipare/ & a patria poteſtate liberare parētibus tamē eorū uolētibus/ præſen
tibus uel abſentibus/ & hoc fieri poſſe p procuratorē ſpecialē tā ex parte pa
rentū/q̄ ex parte liberorū/etiā emancipatiōibus qbuſcūq; etiā infantiū/ uel

Perboni decretum & auctoritatem interponere.

adoleſcētiū.& qbuſcūq; decretū & auctoritatē interponere.uolentes inſup
uos uberiori gratia & fauore cōplecti.auctoritate/ſcientia motuq; ac plenitu
dine ut ſupra/concedimus & indulgemus/ut tu Hieronymus ac primoge

Perboni doctores creare.

niti deſcendentes tui/ut ſupra/qui ad utriuſq; iuris doctoratū puenerit poſ
ſitis ſingulis annis duos in utroq; iure doctores facere/creare/& inſignire/
obſeruatis ſolennitatibus in talibus obſeruari ſolitis/& conſuetis.Dum ta/
men

Digitized by Google

imen q̄ in creatione tali interueniat conſenſus & approbatio maioris partis
collegii doctorum ciuitatis Alexandriæ/& per quod fiat rigoroſum examē/
& uos auctoritatē interponatis/& doctoralia inſignia ut ſupra conferatis.de
cernentes/& hoc imperiali ſtatuentes edicto/ut tales per uos creati docto/
res in oībus ciuitatibus/Terris & locis impii/Romāi/& ubiq; terrarū uale
ant & poſſint in utriuſq; iuris doctrina/legere/docere/gloſſare & interpræta
ri/ac diſputare/& cæteros alios actus doctoreos exercere/omnibuſq; priui/
legiis/fauoribus/prærogatiuis/præeminentiis/honoribus/dignitatibus/
exemptionibus/& libertatibus/ac indultis quibuſlibet uti frui/& gaudere
poſſint & debeant.Quibus cæteri Romanæ curiæ/Bononiēſis/Patauini/
Papienſis/Peruſini/Uuiennēſis/Oxonienſis/& Pariſienſis ſtudii docto/
res potiuntur/& gaudent/potiri & gaudere poſſint non obſtantibus quibuſ
cunq; legibus/uel conſtitutionibus/canonibus/aut ſtatutis/decretis aut re
formationibus reſcriptis/aut priuilegiis/beneficiis/exemptionibus/gratiis/
prærogatiuis quocunq; nomine cenſeantur/& cuiuſcunq; tenoris exiſtant/
tam factis q̄ fiendis/tam per nos q̄ ſucceſſores noſtros uel quoſcunq;/& cu
iuſcunq; conditionis/& quorūcunq; locorū & terrarū/ſub quibuſcūq; clau
ſulis uel exp̄ſſione uerborū.etiam ſi talia forent de quibus/de uerbo ad uer/
bū habenda eſſet mentio ſpecialis.Quibus omnibus/& ſingulis ex certa
ſcientia/animo deliberato/& plenitudine poteſtatis p̄dictis derogamus/&
derogatum eſſe uolumus p præſentes.tibi etiā Hieronymo/et oībus deſcē Virtus aſtra petit.
dentibus tuis maſculis confirmamus inſignia & arma ueſtra antiqua/adiun
cto hoc uerſiculo Aſtra petit uirtus.Quæcūq; igitur & ſingula in prædictis
uel circa prædicta/uel aliquod prædictorū feceritis ꝑut a nobis facta eſſēt/
uel a ſucceſſoribus noſtris ex certa ſcientia/& motu proprio/& de plenitudi
ne poteſtatis ex nunc prout ex tunc/& ex tunc prout ex nunc grata/rata/&
ualida/firma & perpetua eſſe inuiolabiliter omni & quacunq; exceptione re
mota/tam iuris q̄ facti/uolumus & cenſemus.& Cæſaream roboris obtinere
firmitatē.Hæc autē oīa/& ſingula ſupradicta fecimus/conſtituimus/édidi/
mus/cōceſſimus/& ordinauimus ꝑprio motu/et ex certa ſcientia/et ex ple
nitudine poteſtatis noſtræ/et perpetuo ualitura decreuimus/et decernimus
de ratiōe et moderamine cuiuſcūq; actus fiendi per uos habendo cōſiſi. Nō
obſtantibus p̄dictis aliqua lege/conſtitutione/ſtatuto/ordinamento/refor/
matione/extrauaganti prouiſione priuilegio/reſcripto/uel decreto/uel de/
cretali/aut conſuetudine in contrariū loquentibus/uel aliis quibuſcūq;/tā
præſentibus q̄ futuris/ſpecialibus uel generalibus/in contrariū facientibus
et ſpecialiter legibus ſub rubrica in auten.Quibus mo.nat.effi.legitimi.et
maxime in.§.ſi.et in.§.generaliter auctoritate.et in.§.ſi quis extra filios et in
autē.Qui.mo.nat.eff.legit.p totū et.C.De natu.liberis.p totū titulū et ma
xime auten.licet.C.naturalis in titulo ſi de fœu.fuerit cōtrouer.et.C.de icæſt.
nup.l.inceſti.et auten.ex cōplexu.et p totū titulū.et autē.de incæſt.et neph.
nupt.p totū.nō obſtante.C.ſit ergo licētia cū gloſa.in uerbo nō pmittimus.
in auten.Qui.mo.nat.effi.legit.Col.I.et non obſtantibus.l.i.et.ii.et toto titu
lo.ff.unde cognati et inſtituta.ad officia.§.nouiſſime.et.l.gn̄aliter.C.de inſtit

& ſubſtitu.ſub cõdit.facitis.&.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad trebel.&.l.ſi qua Illuſtriſ.C.ad ſenatũ orſi.&.C.tanta.&.C.per uenerabilẽ extra. qui ſint legitimi/Quibus omnibus & ſingulis inquantũ obſtarent ad præſentẽ cõceſſionẽ ex certa ſcientia & motu proprio auctoritate imperiali/& de poteſtatis noſtræ plenitudine derogamus & derogatũ eſſe uolumus præſentis auctoritate edicti ac ſi ſpecialiter & ſingulariter/& expreſſe in omnibus eius capitibus/& partibus/& eorũ quolibet & quocũq; cũcta enumerata fuiſſent. Nulli ergo hominũ/Collegiorũ/ciuitatũ uel locorũ liceat has noſtras quomodolibet uiolare aut eis quouis auſu temerario cõtraire/in iudicio uel extra.aut contra prædicta/uel aliquid prædictorum quouis modo contrafacere.ſi quis autem cõtra attentare præſumpſerit/noſtri & imperii ſacri indignationẽ grauiſſimã/& pœnã quadraginta marcharum auri puri toties quoties contrafactũ fuerit/irremiſſibiliter ſe nouerit incurſurũ/quarũ medietatẽ imperialis noſtri ærarii/reliquã uero partẽ iniuriã paſſorũ uſibus applicãdam decernimus/& nunc prout ex tunc.& ex tunc prout ex nũc ipſo iure.& ipſo facto applicamus & applicatã eſſe uolumus.in quorũ omniũ fidẽ & robur præſentes fieri iuſſimus munitas impreſſione noſtri ſoliti ſigilli.Datũ in ciuitate noſtra imperiali Auguſta Die.XXI.Menſis Iulii anno Domini.M.D.XVII.Regnorũ noſtrorum Romani.XXXII.Hungariæ uero.XXVIII. ſubſcriptũ p regẽ propriũ ſuper plica/Ad mandatũ domini imperatoris ꝓprium ſerientẽ/& ſigillatum ſigillo imperiali/pendente in cera rubea cũ cordulis ſericeis/nigra/& gialda/alter.Regiſtrata.Nos uero libenter morẽ gerentes præfato Domino Hieronymo tum ob eius præclara uirtutes/tũ ob ſyncerã ardentiſſimãq; fidem/& deuotionẽ/ingẽtiaq; merita eius/erga nos/& ſtatum noſtrum/Quippe qui nullis fractus diſpẽdiis/& laboribus/nos in omni fortuna ſequutus eſt/& magna ꝓ nobis obiuit diſcrimina/rebuſq; noſtris uſq; quaq; uigilãtiſſime ſtuduit/ꝑ has nr̃as cõcedimus & poteſtatẽ facimus ex certa ſcientia/q; memoratis priuilegiis/& eorũ cõtinentia/uti & gaudere poſſit/& ualeat/tute/& libere/& oĩ ꝓrſus impedimento Ceſſante. idẽ etiã cõcedimus Theochari primogenito p̃fati Dñi Hiero.& ſucceſſiuis tpibus primogenitis deſcẽdentibus in infinitũ/ut præfatis impialibus priuilegiis/libere uti poſſint.& prout in ipſis continet/mandantes oĩbus & ſingulis magiſtratibus/officialibus/iuriſdicẽtibus/feudatariis/& ſubditis noſtris/ut has noſtras cõceſſionis/& datæ poteſtatis literas firmiter obſeruẽt/& faciant ab omnibus inuiolabiliter obſeruari pro quanto gratiam noſtrã caripendunt.Aliquibus legibus/ſtatutis/ordinibus/decretis/iuribus/& aliis qbuſcunq; in contrariũ facientibus/obſtantibus nequaq̃. quibus omnibus & ſingulis hac in parte tantũ/ex noſtri poteſtate derogamus/derogatũq eẽ uolumus.in quorũ fidem præſentes fieri iuſſimus/& ſigillari noſtro ſolito ſigillo/ac Regiſtrari.Datũ Vigleuani Die ultimo octobris Anno dñi.M.D.XXII.ſubſignatum Rauazolus & ſigillo Ducali in cera alba ſigillatũ pendente incluſo in quodam uaſe lottoni cum cordulis ſiriceis albi/rubei/ruchiniq; colorum more ſolito.HAEC ſunt quæ interſeri uolui in hoc ultimo libello Ouiliarũ noſtrarũ de Parænetica ad uos & poſteritatẽ meã/ut cognoſcatis

gnoſcatis

Digitized by Google

gnoſcatis filii Chariſſimi. quantũ fuit mihi curæ ueſter honor/dignitas/exal
tatio. atq; ne ullo tempore emergat occaſio inter uos concertandi litibus/iur
giis/ferro nolui primogenito hæc priuilegii gratia conferri. nam præterita ad
monent quid agendũ de futuris. Nã ſi in familia Alerana hic præſtitiſſet or
do/fortaſſe nunc integram & floridã ſpectaſſemus. quæ ob diſcordiã nulla
eſt/aut ſi eſt/alibi diuiſim degit. Nã domus Ponzona originẽ etiã trahit ab
Aleranis/quæ in his partibus pene nulla eſt eã ob cauſam & rationẽ quam
poſuimus. uix in agro Cremonenſi adhuc ſpirat. ſunt & Marchiones ceuæ
eiuſdem Alerani ſtemmatis. & Marchio Salutienſis qui in pretio fuit dum
ſeruatus eſt ordo primogenituræ/& familia Caretina Inclyta progenies eiuſ
dẽmet Cæſarei/& Alerani ſanguinis. Ex quo eſt Marchio finalis & Ludoui
cus Sauonæ & Spigni Marchio ſororius ueſter & q̃ plurimi alii. Maleſpinæ
quoq; Marchiones ab ipſemet Alerano pariter prodiere. ſed grandia per mul
tos tenuantur flumina riuos. ab eo etiam deſcendit Mõtis Ferrati Marchio/
qui nunc imperiĩ floret dignitate. Ideo quia unus ſolitus ſit regnare/& non
plures. nam Regnũ non capit duos. Profecto ſi ſeptẽ hæ nobiliſſimæ ac po
tentiſſimæ familiæ/quæ pro rei ueritate una eſt dumtaxat ſemper unanimes
fuiſſent/quid eis tam potens/tam magnũ potuiſſet nocere? Ideo filii mei cõ
ſeruate inter uos infrangibilem concordiam. nihil eſt. n. odioſius & auribus
nobiliũ idignius/q̃ audire fratrẽ non amari a fratre/quũ a natura habeamus
prouidere fratri & fraternis neceſſitatibus ſeipſum curare eſt. Recte ille pro
inde ſcripſit concordia paruas res creſcere/diſcordia maximas dilabi. Iccirco
filii mei amantiſſimi/ſanguis meus/ſpes mea amorem/& beniuolentiam/&
concordiã/& charitatẽ ſemper inter uos colatis. atq; ſi quando inter uos ca
dat aliquid iniurioſum (quod deus & pia uirgo prohibeat) illico curet ſapi/
entior. & qui uerba mea ſanctus cuſtodierit/& placet/compõatq; omne qđ
in controuerſiam uenire poterit. ſic atq; ueſtræ memoriæ ſubeat fabella illa/
quum membra a capite diſſentire uellent/quantum ſando præſtet ludibri/
um. Nam ſine capite nihil in rerum natura condecens eſſe poteſt neq; apud
ſuperos neq; apud inferos/apud quos principem eſſe Plutonẽ dicunt. Ideo
ſi uos & poſteri primogenito fuerint obſequentes/ſine dubio is apud cun/
ctos uenerabilior fiet. & ueſtri (ſi qui forte extiterint) inimici ueſtram unio/
nem reformidabunt. exemplo ſint uobis pleriq; finitimi/qui dum diſſidium
inter ſe quæritant/ſeipſos euertunt. Non. n. ut ſapienter ille ſcripſit/caput a
cauda recte ducitur. ipſa quoq; natura/& conſuetudo docet ac inſtruit ut
maioribus natu hi qui minores ſunt pareant & obediant. Reuoluatis filii ue
terum monumenta/quantũ diſcordiæ fratrũ peperere incendiũ. Etheocles
& Polynices fratres/dum alteralterũ auito ſolo & patrio deturbare nitic/
mutuis ambo uulneribus confoſſi & ſe & regnũ perdidere. Ariſtobulus &
Antipater fratres/dum inter ſe de regno in Iudea hoſtiliter diſceptant/regnũ
& urbem in manus hoſtiũ deiecere. Cambyſes Cyri filius dum uirtutem/&
potentiã fratris plus nimio odit in fratricidium incidit/ſe quoq; e regno deie
cit. quum non poſſet domeſticam ferre fidem/alienam tulit perfidiã. Quan
to melius illi/qui ſemp fraterna gratia floruere. Athemanes & Xerxes Darii

Præterita ad monent futura.
Alerana familia.
Ponzana domus.
Ceue marchiones.
Salutienſis marchio.
Caretina familia.
Finalis marchio.
Ludouicus ſauonæ & ſpigni marchio.
Malaſpinæ marchiones.
Montiſ ferrati marchio.
Fratrum diſcordiæ.
Etheocles & polynices.
Ariſtobolus & antipater fratres.
Cambyſes
Athemanes & Xerxes.

Proculeius eques. Lucullus. Nicolaus & ludouicus ſcalampi.

filii / quæ unq̃ ſæcula habebunt ob intimã inter ſe beniuolentiam oblitura
ſui? & Proculeius eques a quo nõ uatum optimo celebratus? quia propria
bona cum fratribus æquis portionibus diuiſit. & lucius lucullus quã gratiã
apud Romanos fraterna charitate non uendicauit? & quo (ut ad hæc no/
ſtra tempora redeamus) non digni honore Nicolaus & Ludouicus ſcalãpi
celebrabuntur? qui tanto inter ſe amore pariter ambulant / pariter uiuunt ut
uere referatur / quanto maiores eorum fuerint ſplendore / qui non ſolum Pa

Aragonum regia proſapia. Ludouicus carretus ex ſcalampa. Ariſtides.

tauii & Veronæ habuere imperium / ſed originem trahunt a regia proſapia
Aragonum. quorum genitoris ſorore Ludouicus Carretus ſororius ueſter
natus eſt. Cuius candidum animum & beniuolẽtiam inſuperabilem noſtræ
